7. in omni generatione naturali, locus esse debet adrecipiendum Semina aptus, cum quâdam conformitate et similitudine cum Patre: adeoque oportet ut in hâc generatione artificiali Lapidis, Sol materiam habeat ad recipiendum Semen suum et Tincturam suam tamquam matricem aptam, Et sibi conformem; et hoc est Argentum Philosophorum. unde sequitur, quod Mater ejus Luna.

Caput V.um.

Quod Conjunctio partium sit Conceptio et generatio Lapidis.

8. Diligenter notandum, quod Conjunctio harum duarum partium vel corporum sit necessaria ad album et rubrum. Duæ autem sunt rationes: una est, quia Aurum, Metallorum nobilissimum, compactius, perfectius et fixius est, tamen sic solvitur, *sic fit Spirituale et ab Igne fugit; Sicut mercurius, quod mirabile est. hoc autem fit propter Calorem suum, et tunc Tinctura Superabundanti gaudet, et hoc Semen vel Sperma masculinum vocatur. Si autem Argentum in
9. aquam puram solvatur, attamen fixum manet, sicut antea, et nullam Tincturam habet, sed si adaptetur ad Tincturam recipiendam, et figendam, in temperamento Calidi et frigidi, vocatur Semen fœmineum, tuncque aptum est ad Conjunctionem.
10. Similiter Secunda ratio, quare hæ duo corpora conjungantur, hæc est: quia Argentum nec Aurum facilitèr liquescunt, seorsim, attamen Conjuncta facilitèr solvuntur et liquescunt. hoc notant

*partes ejus invicem ingrediuntur,

Semen masculinum.

Semen fœmineum.

(*Soadura, Lötung.) Aurifabri, Ferrumen* ad Aurum paraturi. Unde, si in nostro Lapide unicum ex his duobus esset, nequaquam unâ manipulatione facili negotio medicina fluere posset, nec Tinecturam haberet: et si quædam inesset Tinctura, non plus tinge re valeret, quam propria Vis permitteret, non enim esset Tinctura receptaculum. Arcanum autem nostrum, quando perfectionem acquisivit, in tali Statu positus seu perductum est, ut habeatur Medicina quæ fluit, antequam mercurius Vivus
11. avolet. idea amborum Conjunctio necessaria est, hæc enim ambo dum uniantur in Compositione Lapidis, dimicant æquo marte in Ventre Venti, quod expressit Hermes, Portavit Ventus in Ventre Suo. Notum est quod Ventus sit Aer, et Aer est Vita, et Vita est anima, de quâ superius jam
Tab. Smaragdinâ. dixi quod totum lapidem vivificat (§ 3.). adeoque oportet ut Ventus lapidem totum hinc inde gestet, ut per Ma-
13. gisterium pariat. ideircò sequitur, quod Nutrimentum Suum à matre recipere debeat, hoc est à Terrâ. quâ-propter Philosophus dicit: Nutrix ejus Terra est. quemadmodum enim infans sine alimento quod à nutrice accipit ad ætatem perfectam pervenire non potest, sic Lapis noster sine fermentatione Terræ Suæ numquam ad efficacitatem perduci poterit. Fermentatio
14. autem alimentum seu Nutrimentum et Cibus Nunc upatur. Sic generatur ex Patre in conjunctione matris, et Nutrimento Nutricis, id est, fiunt infantes similes patri qui si longam sive diuturnam coctionem non patiuntur, erunt colore albi, sed pondus patris servabunt.

Caput VI.to

Lapis perfectus est, si anima in Corpore fixata fuerit.
15. Postea sequitur: Pater totius Telesmatis hujus mundi hic
Tabula Smaragdi est, (§ 3). id est, Pater unus (principium) omnium Thesaurorum hujus mundi: est enim in præparatione Lapidis Magistra operatio, quam nominat Philosophus, quod sit Pater omnis perfectionis, hoc est, omnium arcanorum et thesaurorum totius mundi, scilicet omnis lapidis in hoc mundo reperibilis. hic est, hic ille est, vel hic est, ac si diceret,
16. ecce illum tibi ostendo. tunc ait Philosophus: Vis ut tibi ostendam quando Vis aut potentia Lapidis perfecta est? hoc erit, si nempe in Terram Suam conversus fuerit. ideircò dicit: Vis ejus integra, si in Terram conversa (hoc erit) fuerit. id est, si opus completum et perfectum fuerit, si in Terram conversa et immutata fuerit, id est, si lapidis anima (de

quâ supra mentionem fecimus §3 (quod anima Venta-
sit dicta, et aer*, in quâ est omnis vita, et Vis Lapidis) in Terra
*et oo fuerit consuta, scilicet Lapidis, et taliter fixetur, ut tota Sub-
=stantia Lapidis tam bene unita sit cum suâ Nutrice (id est
fermentata sit à suâ Nutrice) quæ est Terra, ut totus lapis
17. fiat vel consutatur in fermentum. et sicut, dum panis fit,
modicum fermenti nutrit et fermentat magnam pastæ
Quantitatem, et sic tota substantia pastæ fit fermentum,
quod eadem gaudet virtute si in aliam pastam immittatur,
Sic vult Philosophus, ut noster lapis taliter fermentetur,
ut sit fermentum suæ proprie ~~multiplicationi~~ (ut sit, in quâ,
tamquam fermentum ad multiplicationem aliorum lapidu).

Caput VII.^um

De Lapidis Mundificatione.

18. Post hæc docet quomodo multiplicetur Lapis; sed ante-
=ponit ejus Mundificationem, et partium Separationem,
dicens: Separabis Terram ab Igne, Subtile à grosso et
Crasso, Subtiliter magno cum ingenio (§4). Subtiliter,
hoc est paulatim, non violenter, sed ingeniosè et sapien-
=ter, nempè in fimo Equino Philosophico. Separabis, id
est, Solves vel dissolves; est enim dissolutio partium sepa-
=ratio. Terram ab Igne, Subtile à Crasso, hoc est, fæces
et immunditiam ab Igne, ab Aere et ab Aquâ, et à
totâ Lapidis substantiâ, taliter, ut Lapis sine ullâ
immunditiâ et purus evadat.

Caput VIII.^um

Pars Lapidis non fixa, debet partem fixam Separare et secum elevare.

19. Lapide sic præparato, ad multiplicationem aptus est.
nunc igitur ponit Multiplicationem ejus et agit de facili
liquefactione aut fusione propter virtutem quâ pollet, cum
factus sit ingrediens et penetrans omne Corpus durum et
molle; dicens: De Terra in Cælum ascendit, et rursùs de
Cælo in Terram descendit; hic bene notandum, quod
quamvis in primo opere Lapis noster in quatuor partes
seu Elementa dividatur, tamen (ut supra dictum est)
tantum duæ præcipuæ sunt partes in illo, una quæ sursù
ascendit, altera quæ remanet in fundo; hæc fixa, Terra et
fermentum, altera Volatilis (et anima), superior et inferior.

20. Sed de parte non fitâ oportet magnam habere quantitatem, Lapidi jam puristimo et ab omni impuritate alieno donato totius per magisterium nostrum, ut totus Lapis, virtute Spiritus, in altum feratur Sublimando et subtiliando, et hoc ait Philosophus, dicens: de Terrâ in Cælum Ascendit.

Caput IX.^m

Lapis jam Volatilis factus, fixus fieri oportet.

21. post hoc, Lapidem, sic exaltatum et elevatum aut sublimatum, oportet incerare (vel fluentem reddere) cum oleo, quod in prima operatione extractum fuit, quod vocatur
22. aqua Lapidis. totusque Sublimando virtatur, donec virtute fomentationis Terræ (cum Lapide Sublimato) totus Lapis, reiteratione, de Cælo in Terram descendat, fixus
23. fluensque remaneat. de quo Philosophus dixit: et rursus de Cælo in Terram descendit. et sic Vim rerum Superiorum (Sublimando) et inferiorum (descendendo) recipit.
24. et sic quod Corporale est, fiet Spirituale in Sublimatione, et Spirituale fiet Corporale in descensione.^m

Caput X.^m

De utilitate Artis, et Efficaciâ Lapidis.

25. Hoc modo acquiret gloriam totius mundi, id est, per hunc Lapidem sic præparatum possidebis gloriam totius mundi.
26. quapropter propellabis à te omnes tenebras, hoc est, omnis paupertas et morbus à te recedet. et hic est fortitudo for-
27. tissima fortitudinis, nulla enim tam potens fortitudo in hoc mundo reperiri potest, quæ cum viribus hujus
28. Lapidis comparari possit. omnia enim subtilia devincet vel superabit, et omnem rem solidam penetrabit. devincet; hoc est, vincendo et superando transmutabit et convertet mercurium vivum congelando, qui prius erat subtilis et mollis; cæteraque metalla, quæ dura et solida corpora sunt, penetrabit.^q

Caput XI.^m

Magisterium imitatur Creationem Universi.

29. Dat postea Philosophus Exemplum de Compositione Lapidis, dicens: Sic Mundus creatus fuit. hoc est, quod Lapis noster eodem ac mundus modo factus fuit. Nam in principio totus mundus, et quidquid continet

fuit massa confusa, et sine ordine Chaos, ut suprà dictum fuit. Tunc sapientiâ et artificio Summi Creatoris fuit hæc massa mirabiliter separata et rectificata &c; divisaque in quatuor elementa. Quâ de causâ (propter istam separationem) variæ et contrariæ res factæ sunt. Sic etiam res variæ fieri possunt per productionem et dispositionem operis nostri, et hoc per separationem diversorum Elementorum ex
30. diversis corporibus. Ex hoc extant adaptiones ejus mirabiles, et effectus mirandi. Hoc est: si Elementa separes mirabiliter fiunt compositiones operi nostro proprie, in compositione Lapidis nostri, per conjunctionem Elementorum purificatorum. De quibus mirabilibus huic aptis, modus et formula processus in hoc opere hic indicata sunt. ☞

caput XII.ᵘᵐ

Declaratio Enigmatica materiæ Lapidis.

31. Quà propter Hermetis Trismegisti nomine me appellarunt, id est Mercurius ter magnus, postquam Philosophus Lapidis compositionem docuit, hic ostendit Enigmatice ex quo subjecto fiat Lapis noster, & ipsum nominans, ut discipuli et filii sui ad hanc scientiam pervenientes, nominis sui semper memores sint. attamen de quo fiat Lapis tangit, dicens: habens tres partes Philosophiæ totius mundi, omnia enim quæ materiam formamque habent, ex quatuor Elementis sunt composita. Quamvis autem sint in mundo res innumeræ constituentes eum, et cujus sunt partes, has Philosophus in tres partes divisit, nempe in mineralia, vegetabilia et animalia, de quibus in genere et specie totam habuit scientiam, in operatione solis, vel in compositione Lapidis. Quà propter dicit: habens tres partes (vel omnes tres partes) Philosophiæ totius mundi, quæ tres &c omnes notæ sunt in solo Lapide; scilicet in Mercurio Philosophorum.

caput

Caput XIII.

Quare Lapis Perfectus dicatur?

32. Ideo Lapis vocatur perfectus, quia Naturam mineralem, Vegetabilem et Animalem. idcircò dicitur Triunus, id est Triplex et tamen unus, et unicus, habens Quatuor naturas, quæ sunt Quatuor Elementa, tres que colores, Nigredinem, albedinem et rubedinem. Hic Lapis etiam nominatur Granum frumenti, quod nisi moriatur Solum manet; et si moritur (ut supra dictum fuit in Conjunctione) multum fructum adfert, Scilicet, dum operationes, de quibus mentionem fecimus, ad finem perducte sunt. O Lector amice! Si operationem Lapidis Scis, hic tibi veritatem dixi; Si autem operationem ignoras, tibi nihil dixi. Completum est, quod dixi de operatione Lapidis Solaris. id est, quod dixi de operatione Lapidis trium colorum et Quatuor naturarum et Quatuor Colorum in re unicâ, Scilicet in Mercurio Philosophorum Completum est et finem habet.

NB: finis Hortulani in Originali. hæc sequentia autem postea addit.

Caput XIV.

Cur Lapis noster sit dictus Vegetabilis.

33. Quod Lapis sit Vegetabilis, Hoc ego, te alloquens, Scio; fit ē ex Conjunctis trium herbarum succis, nempè ex succo Herba Mercurialis (binsal-Kraut) et portulacâ Marinâ (Mars-burtzel) quæ lac album efficit, et ex succo Vincetoxici (Hirundinaria Schwalben wurtzel und Kraut); et postquā in fimo 20 diebus Statit, defluentem Conspexi mercurium, qui non differebat à mercurio altero. Ideo Lapis ex Vegetabilibus Conficitur.

[NB.]

Caput XV.

Quare sit Lapis noster Animalis.

34. Lapidem nostrum Scio Animalem esse, quia Si mercurii Elementa Separata fuerint, et æquo ponderi iterum Conjuncta, et mixta sine additamento Cujuscunque rei, in forti Vase Vitreo, cum parvo orificio, in fimo leni vel in calore modico seu temperato ponatur, intra tempus trium mensium nascentur Vermes abominabiles, quorum unicus remanebit, qui nutritur mercu-

rio vivo, hic crescit ad magnitudinem baronis, cujus forma Terribilis, et hoc animal in se ipso est Elixir, ad plumbum, idio Lapis est Creatura vivens.

Caput XVI.^m

Quomodo Lapis noster sit Mineralis.

35. Quod sit Lapis Mineralis, patet ex hoc, quia super hac sit projectio, et mutetur in Metallum. Adeoque nemo dubitare potest, quod sit Mercurii Lapis, qui seipsum occidit, resuscitat, et vivificat, seque ipsum in Aurum convertit.

Caput XVII.^m

De Lapide Philosophorum opiniones Variæ.

36. De hoc alter Philosophus dicit: Lapis est unus, una Medicina, Cui nihil addimus, nisi quod solummodo superfluum removemus. Quod ego sic intelligo: illaud lapidi non est alienum vel peregrinum in quod immutari debet, nempè in Aurum et Argentum. post hæc duo sunt adjutores, quorum ope labor facilius adimpletur, est tamen uterque destructor, qui totum opus annihilat vel destruit, nisi extirpetur. Adjutores autem sunt hi: Sulphur præparatum, et Arsenicum, quod ad olei formam deductum est. Proprietas Sulphuris est, Mercurium indurare, et cum mercurio perfectionem operari, ut testatur Geber, dicens: potentia Sulphuris non virtutis coagulat Mercurium vivum, et occidit eum, proprietas autem Arsenici hæc est: totum Lapidem Spiritualem reddit et vivificat, si debitè præparatum fuerit. Dicitur enim Ventus, Aer, et oleum incombustibile, unde qui non vult oleum è mercurio eductum, hujus loco arsenicum præparatum accipere potest. Destructor Lapidis est Lapis, qui reperitur venum (zu Vitriol).
Sed illic loquitur Philosophus de Lapide, qui matrimonium inter Corpus et Spiritum facit: loquitur de Aere, qui è mercurio extractus est, ut jam dictum est.

Caput XVIII.^m

Quid ad Confectionem Lapidis requiratur.

37. Sunt etiam alii Coadjutores, valde apti ad abbreviationē

operis nostri, ut sunt Salia, Vitriola, et alumina, atq; quædam aquæ ex alumine et rebus Vegetabilibus, nam aliquæ aquæ ex his conficiuntur, Corpora mox Solventes, sicut et Solem et Lunam, sive Aurum et Argentum. et propter hanc aquam Auri vel Argenti cum præparato priùs Lapide [illegible], vel bene purgato ab omni re extraneâ, commiscetur, et tunc opus uno die perficitur, quod aliàs non nisi tribus mensibus fieri posset. Similiter et alio modo fit celeriter. Aqua aluminosa statim oleum ex Arsenico Sublimato facit. Similiter ex rebus Vegetabilibus aquam parare oportet, quæ in momento uredinem et inflammabilitatem ♀ij tollit, et tunc remanet album et incombustibile. Sic enim mirabilia à DEO Creata sunt, per bellè præparationi Lapidis nostri convenientes, ideo sunt multæ Viæ, quæ tamen ad unum finem perducunt: et hoc etiam in elaboratione lapidis nostri accidit et sic se habet, de quo nunc satis. Dixit Philosophus: Recipe benedictum Lapidem, qui non est Lapis, neque lapidis naturam habet, et ab hoc Elementa Separa.

Caput XIX.^m

Quid sit Lapis noster.

38. Nota, quod hic Philosophus Lapidem nominat, et dicat, quod ille sit, de quo Elementa arte separari possunt: quâ propter ex eorum Conjunctione in opere Alchymiæ acquiritur Substantia, lapidis instar, quam nominat Benedictam: quoniam hæc substantia est secundò Elementa Quatuor, Ens Quintum, quod Spiritus Lapidis Nuncupatur. Et quoniam Spiritus nec videri nec palpari à nobis potest, nisi Corpus fiat, Spiritus ille quæ Nobilem suæ naturæ potentiam Corpus Vivum assumpsit, in Elemento Nobilissimo, nempè in Ignis ambitu, et tamen naturam suam Spiritualem Conservat, nec idiò Ignis est, neque naturam ♂ij habet, in quantum ipse per se et in se existit. Verum est, quod Subtilem ut antea Spiritum corporalem propter Subtilitatem in suâ puritate videre nequeamus.

~~Idcoque per instrumenta apta, mediantibus Artificij~~
intentionibus, cujus Sphæra subtilis contemptibilis est,
transformatur in formam aquæ, et defluit et separatur,
tunecque etiam adhuc vocatur Spiritus; et opus colligat
cum Elementis in transformatione, quæ duplex est,
nempè ut Elixir præparetur, ut Argentum Vivum
fixetur, et ut fiat Elixir ad conservationem Vitæ
humanæ; et tollendas omnes superfluitates humoris
depravatorum, et omnem corporis corruptionem
repellendam.

Caput XX.^{um}

Quomodo Lapis noster faciendus.

39. Si ceteroquin ut hoc Lapidem Philosophorum facere
cupis, sic operare: Separa Spiritus, ac potes diligen-
ter, non enim tam subtilem facies ut non aliquid
de Phlegmate substantiæ Ventis ~~manebit~~ servet aut retineat.
Spiritus ille unâ vice separatur, et dicitur Aqua Ardens.
hujus Signum hoc est. Si alicujus linteolum huic intincta
accendat, attamen linteolum non comburit. et si adhuc
ulterius separes, nominatur Aqua Ardens et Comburens,
in quam si intinges linteolum, totum comburetur.
Adeoque recipe Oleum vivum, factum spirituale
cum Spiritu Quintæ Essentiæ seu entis quinti, sic
etiam est utile cætera tria Elementa spiritualizare
cum illo Spiritu, qui in se continet eorum corporali
potentiam. tali modo omne superfluum Phlegma
à præfato Lapide separabitur, donec videatur quod
oleum superioritatem servabit, nihilq; de Phlegmate
remaneat in illo, et tamquam pie videbitur. Et quando
Aqua Ardens cum substantiâ commixta bene fuer-
it agitata, donec corporea facta sit, tunc guttatim
effunde, tunc vocatur Sanguis humanus rectificatus
quem quærunt Alchymistæ: insuper vocatur etiam
Aer, aut Ventus, et de hoc loquitur Philosophus, dicens:
portavit eum Ventus in Ventre suo. et sic habes duo
Elementa in virtute quintæ Essentiæ, nempe Phlegma

40. et aer. Post hæc accipe prædictam Substantiam, quæ sicut pix remansit, et ab hâc separa totum superfluum oleum cum alembico vitreo, donec nihil amplius de eo remaneat, tunc tota substantia apparebit Nigra ut ficus, de hâc fac pulverem cum sanguine hominis rectificato, et sine per horas tres, tunc guttatim effunde, et vocabitur Aqua Ignis (Res wurffts ins feuer). Cohoba, et operationem repete, tunc vocabitur Aqua Ignis rectificata, et sic habes tria Elementa in virtute entis, scilicet Aerem, Ignem, et Aquam. postea recipe dictam Substantiam, et in furno reverberii Calcina, donec calci assimiletur, cum ipsâ calce mixe rectificatam Ignis Aquam, tunc habes quatuor Elementa cum Quintâ essentia, quæ jam cum Spiritu Spiritualia facta sunt. Hæc est Aqua vitæ, quæ in arte Alchymiæ quæritur, curat et destruit omnem duritiem, et facit ad ingressum. hæc est Aqua, quæ habet vim et efficaciam superiorum, hoc est, Spiritualem: et habet vim et efficaciam inferiorum, id est, Corporalem. et hoc est quod ait Philosophus, quod est superius est sicut id quod est inferius et reciprocè, ad operanda mirabilia unius rei. estque summè utile, ut Quinta essentia semper vim suam servet, et habet vim quatuor Elementorum, et sic ex hac mira fieri possunt. Quia enim tantâ potitur potentiâ, possunt etiam mirabilia in opere Alchymico cum hâc perfici.

41. Adhuc ulterius loquitur Philosophus, quod nemo de Terra in Cælum ascendat, hoc est, quod quatuor Elementa ascendant de Terrâ in Cælum, nunquàm cum Spiritu Lapidis. tunc prosequitur, dicens: et è Cælo rursus in Terram descendit, id est: postquam 4 Elementa sursum ascenderunt in Cælum, tunc rursùs in Terram descendunt, ita ut fixa maneant, in conjunctione Quintæ Essentiæ, et remanet Lapis Dia-

=phanus, habeas perfectè in lo mercurio Elidis.

Caput XXI.^{um}

Aqua Vitæ.

42. Aquam Vitæ si facere desideras, ad conservationem Vitæ humanæ, et omnes infirmitates tollere, sic progredere. Recipe Aquam ustam seu crematam, bene rectificatam, et hâc non facies sanguinem humanum, si enim sanguis humanus esset, ut dictum est, Vim suam attractivam amitteret, in Virtute herbarum per oleositatem, et totum saporem amitteret, adeoque conservari non posset. ad hoc etiam, non facies Aquam ustentem, ratio est, quia fortis et aspera, ità ut aqua usus totum opus destrueret, et periculosum esset bibere. Sed quia omnis perfectio cujuscunq; Lapidis in Virtute suæ Terræ subsistit, quæ Terra vocatur Nutrix et fermentum, ut taxatur Philosophus, dicens Nutrix ejus Terra est, sine quo fermento Spiritus Lapidis non potest perfectè acquiri; non habet perfectionem suæ Virtutis, et ideo Terræ suæ Vim donamus Aquæ, et tunc totaliter et plenè habet suam efficaciam, dicit enim: Vis ejus integra. et quando in Terram conversa fuerit, tunc vocabitur Aqua Vitæ, et si sæpius hanc Aquam à suo Spiritu abstrahas, erit Aqua Vitæ rectificata et perfecta.

43. Scias idcirco, quod in hoc Lapide modica Terra magnam habeat efficaciam et Virtutem, nec cures ebis, quam vis Terræ parùm sit, sicut enim modica fermenti magnam pastæ Molem exaltat et fermentat, sic etiam hæc Terra modica, quam hui Lapidis in se continet, sufficit ad omnimodam nutritionem totius Lapidis. Cave ergo ne aliam quæras Terram, ut aliqui facere intendunt, dicentes: quod Vis Veri sit Terra Lapidis, aliqui: Focus Vini calcinati; alii dicunt, quod sit Cinis Vitri; Sed hi omnes errant,

et sic Cæcus Cæcum ducit, et ambo cadunt in foveam; putant enim, se Aquam Vitæ facere, sed Aquam mor=
=tis elaborant. Etenim extranea Terra nullatenus ingredi debet, ut testatur Gebir, dicens: unus est Lapis, una me=
=dicina, cui nihil extraneum additur, sed solummodo superfluum removetur. Similiter huic aquæ Vitæ nihil extraneum additur, sed solæ humiditates superf=
=luæ removentur, et hæc est Benedicta Lapid.

amen.

DEO NOSTRO UNO

et Trino, sit Sem=
=piterna Laus, Honor, Virtus et Gloria, in
Sempiterna Sæcula Seculorum.

amen, amen,
amen.

THEODORE
KARJAVINE

Cy.13KO.ДЗЄЗЬ. 1771

Cosmopolitani
Novum Lumen Chymicum, è Naturæ fonte et manuali experientiâ deprompt=
=tum, et in Duodecim Tractatus divisum.

Tractatus Primus.
De Naturâ, quid sit; et qualis hujus Scrutator esse debeat.

§ 1.us Multi Sapientes et Docti Viri, ante aliquot centenos annos, imò ante Diluvium, ut Hermes testatur, plurima de præ=
=paratione Lapidis Philosophici Scripserunt, et tam multa de his reliquerunt Scripta, ità ut, nisi Natura quotidie talia operaretur, quibus sanè fides adhibenda, vix ali=
=quis Naturam esse crederet. Ratio est: quia priscis tempo=
=ribus pauciores rerum novarum inventores fuerunt. Equi=
=dem Antiqui prædecessores nostri nihil aliud considerarunt, quàm Naturam, et quid possit. Et quamvis in Simplici et Vulgari Naturæ viâ et Curriculo constanter hæserint; atta=

=men talia invenerunt, qualia modernis temporibus nos,
qui tam multis fruimur rebus, vix imaginari vel excogi=
tare possemus. hoc itaque idcirco accidit, quia nobis
Naturæ, et Generatio omnium rerum hujus mundi
2. vilis et despectibilis apparet. quapropter animo et intellectu
nostro res nobis notas non scrutamur, sed talia quæ vel im=
possibilia vel difficulter opere præstanda prosequimur, unde
nobis succedit, ut facilius subtilia, ab antiquis philosophis
incognita, excogitemus, quam ad Verum naturæ decursu
3. et Sapientum intelligentiam pertingere possimus. Talis uti=
=am humanæ naturæ Conditio, ut quod sapit vilipendet,
semperque aliud quærat; multo magis sensus humani
(subdita) quibus subjecta* natura est. Hujus autem ut exemplum
4. sistemus; cernimus, qualiter quivis artista, postquam opus
suum ad perfectionem perduxit, vel aliud quid quærat, vel
eadem abutatur, vel etiam omnino destinat: Sic itidem
[illegible] summam

Поляка Михаила Сендивогія Космо=
=политана, то есть Міроздадснаго;

Новой Химической свѣтъ,

произведенной изъ источника Естества,
и раздѣленной на 12. главъ.

=men alterius [illegible]
7. in Arte sua sit Magister. Si hodie omnium Philo=
=phorum pater, Hermes, et ingeniosus Geber, et sagax
Raimundus Lullius resurgerent, non pro Philosophis,
sed pro discipulis à chymicis nostris haberentur.

=men talia invenerunt, qualia modernis temporibus post,
qui tam multis fruimur rebus, vix imaginari vel excogi=
tare possemus. Hoc itaque idcirco accidit, quia nobis
2. Natura, et Generatio omnium rerum Hujus mundi
vilis et despectibilis apparet. quapropter animo et intellectu
nostro res nobis notas non Scrutamur, sed talia quæ vel im=
=possibilia vel difficulter opere prætanda prosequimur, unde
nobis Succedit, ut facilius Subtilia, ab antiquis philosophis
incognita, excogitemus, quam ad Verum Naturæ decursu
3. et Sapientum intelligentiam pertingere possimus. Tali ut=
=am humanæ naturæ Conditio, ut quod Sapit Vilipendet,
Semperque aliud Quærat; multo magis Sensus humani
subdita) quibus Subjecta* Natura est. Hujus autem ut exemplum
4. Sistemus; Cernimus, qualiter quivis artista, postquam opus
Suum ad perfectionem perduxit, vel aliud quid quærat, vel
eodem abutatur, vel etiam omnino desinat. Sic itidem
famosa Natura; Operatur indesinenter, ad Summam
5. rei perfectionem, et tandem operari desinit. Naturæ
enim à principio ad instar repromissionis inest, ut
Constanti cursu ad meliora tendat, et perfectam qui=
=etem adipisci possit, quam potenter appetit, et lætatur
in Suo attacto fine, non aliter ac formica senectute,
Cui Natura alas formavit. Similiter et nostri pares
Animi et Sensus, tam altè pervenerunt, præsertim in Phi=
=losophicis Artibus, vel in elaboratione Lapidis Philoso=
6. =phici, ut fere ad fastigium devenerimus. Invenit enim
Ars Chymica res tam Subtiles, ut vix quid Sublimius
inveniri possit, atque inter hodiernam et antiquorum
Philosophorum Chymiam talis differentia, sicut
inter Horologiarium et fabrum ferrariam Vulgarem.
Quamvis enim ambo laborent in ferro, nullus ta=
=men alterius laborem intelligit, quamvis uterque
7. in Arte Suâ sit Magister. Si hodie omnium Philo=
=phorum pater, Hermes, et ingeniosus Geber, et sagax
Raimundus Lullius resurgerent, non pro Philosophis
Sed pro discipulis à Chymicis nostris haberentur.

tot enim destillationes, circulationes, calcinationes, sublimationes, & hodie usitatas ignorarunt, quamvis has operationes ex illorum scriptis moderni didicerint, et invenerint. Sed unum nos latet, nempè ut sciamus quid Veteres scivelunt et laborarunt, scilicet in opere Philosophico, vel Tinctura Naturali: Cum autem hanc consectemur, alia reperimus. Mirum non esset, si generis humani propagatio non esset tam usitata, et in hoc natura jus suum non tam stricte conservaret, si etiam in hoc in errorem inducelemur.

8. Ut autem ad propositum meum revertar, in hoc primo tractatu explicaturum me promisi, quid sit Natura, ut non à recta via nos abducat opinio falsa. Natura quid? est, itaque, natura, unica vera, simplex, et in suo esse perfecta; hanc DEUS ante tempora creavit, et in hac Spiritum reclusit. Scindum autem, quod naturæ meta et finis, Deus sit, sicut etiam naturæ est principium; siquidem nulla res finem habet nisi in quo principium seu originem traxit. posui, quod unica sit natura, per quam DEUS omnia operatus; non quod DEUS sine ejus ope nihil efficere possit, (qui enim naturam creavit, omnipotens est) sed ita Ei complacuit, et sic fecit. Omnia ex eâ ipsâ naturâ originem suum trahunt, nihilque in toto

9. mundo extrà ipsam existit. Etenim quamvis aliquando oriantur monstra, non naturæ, sed artificis vel loci culpa est. Hæc natura in quatuor locis distincta est, in quibus omne id operatur, tam quod visibile est quam quod est invisibile vel in occulto, siquidem res multò magis in occulto sunt quam revelà apparere debeant. Mutatur in masculum et feminam: et assimilatur mercurio, quia variis locis adhæret, et secundùm bonam aut malam loci terræ constitutionem, res producit; quamvis in Terrâ mala non dentur loca, ~~sed~~ qualia nos nobis imaginamur.

10. Sed Quatuor tantùm sunt qualitates, et hæc in omnibus rebus sunt, nec sunt homogeneæ sed una alteram semper superat. Natura autem visibiliter non est, quamvis visibiliter operetur, est enim Spiritus volatilis, qui in corporibus officio suo fungit. Sedem suam in Voluntate DEI habet. Nobis autem illinc ad nihil aliud utilis est, quam ut sedem ejus et locum qui iidem magis est proprium et con-
11. gruum, sciamus. Hoc est, ut sciamus rem cum alia re unire secundum naturam, ut non forte homo cum ligno, jumentum vel aliud animal cum metallo conjungatur, sed unumquodque in suo simili laboret et operetur; tunc etiam natura suum præstabit officium. Natura, ut supra diximus, aliam non habet sedem aut habitaculum nisi in DEI voluntate. Illi, qui naturam scrutari volunt, constituti esse debent sicut ipsa natura, nempè veraces, simplices, patientes, constantes &c, et quod potissimum est, pios, et proximo innocuos. posthæc
12. diligenter considerent si propositum illorum cum naturâ concordet, si possibile sit, et ex visibilibus et apparentibus exemplis discant, ex quibus rebus hoc vel illud fiat vel accidat, quomodo, et in quali vas. Natura operetur aut laboret. Si enim aliquid simpliciter facere cupis sicut natura ipsa facit, naturam sequere. Si autem aliquid præstantius elaborare cupis, quam id quod nãa produxit, attende, in quo, et per quid melioretur, hoc semper in suo simili fiet et operari poterit. Ex. gr. Si cupis metallum (ut propositi nostri est), ultra terminum à naturâ positum, meliorare, oportet metallicam nãm assumere, et hanc in virtutem et mulierem locare, secùs nihil efficies. Nam si ex virtute vegetabilis cujusdam metallum facere velles, frustrà laborabis, ac si ex cane vel alio animali lignum efficere tentares.

Tractatus 2us

De Operatione et efficaciâ Naturæ in nostro proposito Spermate aut Semine.

13. Nunc docui, naturam esse unicam, veram, ubicumq; visibilem, continuam, quæ ex rebus, quas producit, utpote lignum, herbas &c innotescit. quæ et qualè oporteat esse scrutatorem ejus; nunc de operatione naturæ sermonem faciemus.

14. Sicut Natura in voluntate DEI existit, DEUSq; eam creavit, cujuscunque rei ideam in Natura impressit, sic etiam Natura sibimetipsi semen formavit, hoc est, ejus voluntas in Elementis. hæc equidem est solummodo unica, et tamen res omnimodas diversas producit, attamen sine suo Spermate operatur nihil. Quod Sperma vult, hoc operatur Natura, est enim sicut artificis instrumentum. Consequenter, Sperma cujuscunq; rei, Artifice melius et utilius est, quam ipsa Natura. (Nam, sine spermate, ex naturâ tantum efficere potes, quantum Aurifaber cum auro et argento sine igne, et Agricola sine semine).

15. Si habeatur Sperma, mox Natura adlaborabit, sive sit ad bonum, sive ad malum. Operatur in Spermate sicut DEUS in hominis liberâ voluntate seu arbitrio, et hoc magnum est Miraculum, quod Natura Spermati obediat, non coacta, sed per semetipsam, sicut etiam DEUS omnia permittit, quæ vult homo, attamen non coactus, sed propriâ voluntate. Sic DEUS homini Liberum Arbitrium dedit, sive ad bonum sive ad

16. malum. Est itaque Sperma unius cujusque rei Elixir, vel Quinta Essentia, vel rei cujusque perfectissima decoctio et digestio, aut Balsamus Sulphuris, quod planè idem est ac humidum radicale in metallis. Multa equidem de hoc Spermate dici possent, tantùm autem ad propositum in Arte Chymica attendimus.

17. Quatuor Elementa generant Sperma, ex voluntate

Dei, et imaginatione naturæ. Sicut enim Virile Semen
suum Centrum habet, vel Vasa sua Seminalia in renibus,
sic etiam Quatuor Elementa per motum suum Continu=
=um (unumquodque secundum suam qualitatem et genus)
immittant Sperma in Terræ centrum, ubi digeritur, et
per motum emittitur (est autem centrum Terræ locus
Vacuus, ubi nihil Quiescere potest) in Excentrum (si ità
18. loqui fas est) vel in Centri ora et externum circuitum,
diffundunt Quatuor Elementa qualitates suas, sicut
homo Semen suum immittit in Matricem Mulieris, in quâ
nihil de Semine remanet, sed postquam matrix
portionem Seminis debitam assumpsit, residuum
emittit et rejicit. Similiter in centro Terræ accidit;
ut virtus magnetica unius loci rem ad se trahat, ad
generationem alicujus rei, homogeneam, superfluum
rejicitur ad Lapides et alias superfluitates constitu=
19. =endas. Habent enim res omnes ex iisdem fontibus
ortum suum, et nihil in hoc mundo generatur,
nisi ex hoc fonte. Ex. gr. Sit super mensa hori=
=zontali vas aquâ plenum, quod in medio positum
sit, et circumcirca disponantur varii colores, item
et Sal &c: unumquodque seorsim, si tunc in medio
effundatur aqua, extendetur ex omni parte, et
pars quæ attinget rubrum colorem rubra fiet; quæ
autem nigrum, nigra; et quæ in Sal influet, erit
salsa, et sic de ceteris. Equidem aqua non immutat
loca quæ attingit, sed loca aquam immutant. Simi=
=liter ex centro Terræ diffunditur Sperma, quod qua=
=tuor Elementa in centrum infuderunt variis in locis,
et fit una res secundum loci naturam naturata,
si autem perveniat ad locum ex aquâ puræ super
20. Terram, hæc res etiam pura evadit. Omnium
rerum est unicum Semen aut Sperma, et hoc varia
generat, ut ex sequenti exemplo patebit. Semen Vi=
=rile Nobile Semen est, et solum ad generationem hos
Creatum, si autem homo illo abutereturs, quod

libero arbitrio præstare potest, oriretur ex hoc Monstrum, nam si contra rigidum seu severum DEI mandatum vir cum bruto commisceretur, hoc semen a bruto facilius conciperetur, est enim natura unica, et tunc non fieret homo, sed brutum et monstrum esset, quia semen locum ineptum et heterogineum invenit, et per hanc inhumanam et maledictam commixtionem hominum cum brutis animalia bruta generarentur hominis quandam similitudine referentia; sic enim accidit, dum sperma in centrum penetrat, nascitur quod inde nasci oportebat, sed quando jam in illum locum pervenit, et concepit, formam suam non amplius immutat.

21. Sed si sperma adhuc in centro moratur, potest ex ipso spermate æquè citò arbor, ac metallum, aut herba, et lapis, vel unum altero pretiosius, secundum puritatem vel impuritatem loci, nasci, vel provenire. Quomodo autem Elementa semen suum dignunt, nunc dicere expedit, fitque hoc modo. Elementa quatuor sunt, duo gravia, duo levia, duo sicca et duo humida; unum ä valdè siccum, unum valde humidum, sunt genteris masculini et fœminini, &c. unumquodque ex his valde inclinat res sibi amicas et similes in suâ sphærâ producere, et sic altissimus ordinavit. hæc quatuor non quiescunt, sed unum continuò et incessanter aliud impellit, et unumquodque pro se suam subtilitatem emanare sinit, et in centro concurrunt. Sed in centro habitat Archæus, naturæ servus, qui illa sperma commiscens ejicit. Quomodo autem id accidat, in fine horum duodecim Tractatuum amplius videre est.

Tractatus 3.us

De veræ Metallorum materiâ primâ

23. Prima Metallorum materia est duplex, sed una

absque alterâ metallum non perficit. Prima et pra=
=cipua est humida, cum calore aëris commixta; hanc
Philosophi Mercurium nominaverunt, qui à radijs Solis
et Lunæ in mari Philosophico regitur et gubernatur: al=
=tera est Terræ sicus Calor, quem nomine Sulphuris
donaverunt, quoniam autem omnes veri Philosophi
hæc maximè occultarint, hæc eadem clarius explic=
=cabimus: [illegible] præcipuè
Pondus, sine cujus notitiâ omnia* depravantur. unde (*totum opus
etiam fit, ut plurimi ex re unâ in se ipsâ bonâ, rem subvertitur)
monstrosam acquirant. aliqui enim totum Corpus pro
Materiâ, aut pro semine, aut Spermate assumunt,
alii partem, et hi omnes à Viâ aberrant. Ex: gr: si
aliquis pedem Viri et manum mulieris conjungeret,
et ex hâc Conjunctione et commixtione hominem
generare vellet, esset sibi impossibile; est enim in
24. Quolibet Corpore Centrum unum vel locus aut
Seminis vel Spermatis punctum, quod semper 2800ª
partem constituit, etiamsi solum esset tritici granum,
et hoc aliter esse nequit. non enim totum granum
tritici in Semen convertitur, Sed in Corpore grani inest
sola Scintilla necessaria, quæ à suo Corpore custodi=
=tur et tuetur ab omni Calore, [illegible] aut fri=
=gore &c immoderato. Si autem habes et intellectum,
ad hæc attende, Securus eris non solum ab his qui
locum et Sedem Spermatis ignorant, totumque gra=
=num Semen volunt, Sed etiam ab illis omnibus, qui
vanæ Metallorum Solutioni incumbunt, ut ex
partibus Solutis novum metallum producant. Si
autem hi attendissent quomodo Natura procedat
et agat, videssent, quod longè aliter res se habeat.
Nullum enim Metallum tam purum est, ut non
etiam suam impuritatem habeat, attamen unum
magis aut minus altero; Sed tu Lector fidelis, pri=
=mum Naturæ punctum diligenter observabis, ut supra
[illegible] diximus, et tibi sufficiet. te tamen his mo=
25. =nitum volo, ut in vulgaribus metallis [illegible] punctum
non quæras, in metallis enim non existit. hæc enim

metalla, præsertim aurum Vulgi, mortua sunt,
Nostra autem metalla Sunt Viva, habentque Spiritus,
26. hunc oportet ab illis omnimodè auferre. Scias itaq;
B.V: Duo Ignes. quod vita metallorum sit Ignis, dum adhuc sunt
mineræ in fodinis, mors illorum similiter Ignis est,
nempe fusionis. Sed prima metallorum materia, est
humiditas cum calido aere commixta, est in formâ aquæ
pinguis, quæ cuilibet rei sive pure aut impure adhæret,
attamen in uno loco abundantiùs quam in altero,
(*defect) quod inde* accidit, quia Terra in uno loco magis sit porosa
interstitiaque majora habeat, [illegible] et ma-
-jorem vim attractivam possideat, quam in altero:
hæc aqua quandoque per se in lucem prodit, cum qua-
-dam re amicta, præcipuè in locis, in quibus nihil
27. habet cui adhæreat, sic cognoscitur, quia omnia
ex tribus principiis Catholicis originem suum trahit.
Sed in materia metallorum Solummodo ex unico, sine
Conjunctione, Veste seu amictu dempto, vel ejus umbrâ,
nempè Sulphure, &c.

Tractatus Quartus.

Quomodo metalla in Cavernis Terræ generentur.

28. Metalla producuntur taliter; postquam quatuor Ele-
-menta Vim et Virtutem suam in centrum terræ miserunt,
aut effuderunt, sublimat hanc Virtutem Archeus distillatione,
Caloris motûs perpetui in superiora Terræ: est enim Terra
porosa, et resolvitur Ventus, dum per poros Terræ stillat,
in aquam, ex quâ omnia nascuntur.
29. Sciant posthæc filii Artis hujus, quod Sperma metal-
-lorum aliud non sit, quam Sperma omnium aliarum
rerum, nempe Vapor humidus. (Ideo Artistæ insanum
metalla in suam primam materiam reducere quæ-
-runt, quæ mea Solummodo Vapor est:) Non talem
Philosophi primam materiam putaverunt, sed
Solùm meam secundam, ut Comes Trevisanus perbelle de hâc
loquitur, at non clarè, loquitur enim de 4 Elementis, sed
hanc meam quam intellexit, et cum Solis doctrinæ filius loca-
-tus est. Ego autem, ut Theoriam clarius aperiam, pluries

fiat monete volari, ut tot solutiones, circulationes, calcina-
30. tiones, et sublimationes dimittant, nam frustrà hoc quæri-
tur in unâ re Juræ, cum tamen ubique per se mollis
est. (non quæritur prima, sed secunda materia) nempè
tali, quæ, quamprimum nata est, in aliam formam
mutari nequit. Jàm autem petis, quomodo metallum in
talem mam reducendum sit, Philosophorum inten-
tionem in hoc sequor: hoc præ cæteris nunc requiro,
31. ut filii artis discant Scriptorum intelligere industriam,
non syllabas, et ubi Natura desinit, (nempè in cor-
poribus, perfectis oculis nostris apparentibus, metallorum)
hic Artista incipiat. ast, ut ad propositum meum
deveniam, (siquidem hìc intentio nostra seu propo-
situm nostrum, (aut, quoniam hic non de solis lapi-
dibus loquimur) non de lapide solo sit) ulteriùs de ma-
32. teriâ metallorum agere volumus; declaravi primùm
omnia ex fluido aëre et vapore nasci, quem Elementa
motu continuo in interiora Terræ destillant: dum itaq;
Natura Archæus hunc subcepit, hunc sublimat per Terræ poros,
et distribuit in quemcunque locum prudenter (ut antea
dictum) ità ut propter differentiam locorum, etiam
illa quæ oriuntur seu gignuntur varia et dissimilia
sint. Quidam putant, Saturnum aliud habere semen
quam Solem, et unumquodque metallum parti-
culari semine donatum, sed hæc omnia vana sunt:
Est semen unicum, æquè in ☿o qd in ☉o reperitur
haberi potest: in ☾o quod continetur in ♂o &c. Sed
locus Terræ alter et dissimilis fuit, si me rectè intel-
ligis: quamvis Natura prius in ☾o postrà in ☉o desit,
33. et sic de cæteris: dum enim vapor ille ex centro Terræ
sublimatus, penetrat loca quæ vel sunt sicca vel callida:
si autem pertransit loca calida et pura, ubi pinguedo
sulphuris adhæret parietibus, tunc hic vapor (quem
Sapientes Filium Philosophorum vocant) cum hâc pingue-
dine conjungit, quam secum aufugiens sublimat, et tunc
fit unctuositas aut pinguedo, nomen vaporis amittit,
nomenque pinguedinis accipit, quæ, cum postrà sub-

= mate

=matione ad altiora loca venit, quæ à vapore præce=
=dente jam purgata sunt, Si sit Terra subtilis, pura et
humida, tunc pinguedo dicta vapori perfectè unita
poros Terræ hujus implet, et ~~[illegible]~~ se cum Terrâ
34. hâc subtili conjungens, fit aurum. Si autem eadem
pinguedo ad loca impura et frigida perveniat, fit ibi
si Terra sit pura et cum ☿ commixta, fit ☽ &c
quantò magis enim locus purgatus est, eo pulchri=
=ora fiunt metalla. Est autem notandum, quod illo
vapor semper ex centro, ad superficiem Terræ af=
35. =cendat, et progrediendo obvia loca deserit. unde etiam
fit, ut fodinæ hodiernis diebus reperiantur in
locis, in quibus ante Annos 1000 nulla fue=
=runt. Nam pinguedo dicta motu suo circulatorio
et sublimatorio semper subtiliat et purgat quod
erat crudum, indigestum; sed paulatim aliquid
de his locis secum abducens. Et hæc est nutritio
et circulatio naturæ, et sic tamdiu sublimat
semper ad aliud quid producendum, donec locus
valdè bene purificatus sit, et quantò purior
evadit, eò nobiliora producit. Sed hyeme, dum
36. aer frigidus poros Terræ occludit, aut adstringit,
coagulatur seu congelatur hæc pinguedo vaporis,
quæ veris tempore se cum Terrâ et aquâ commiscet,
et producit magnesiam, quæ Mercurium aeris
sibi ipsi similem, attrahit, qui omnibus rebus
dat vitam, ope radiorum Solis, Lunæ et Stella=
=rum: et sic producit Herbas, flores, et similia.
37. Ne momento quidem Natura quiescit. Metalla
autem nascuntur ~~[illegible]~~ tali modo: Terra diu=
=turnâ distillatione purgatur, si postea huic accedit
pinguedo, hæc commixtione Metalla generantur,
alio modo non generantur, quali sibi imaginantur
illi, qui Philosophorum Scripta inepte explica=
=re conantur, nec sensum occultum intelligunt,

Tractatus Quintus

De Generatione et concretione Lapidum.

38. Lapides aquæ tali mâ gaudent sicut res cæteræ omnes, et secundum loci puritatem sic gignuntur. Quando ♃ Elementa Vaporem suum in Centrum ☿ & Stillant, et cum Archæus sursum ejicit et sublimat, secum rapit, dum per loca et poros Terræ penetrat, impuritates Terræ, ad superiora, et ab aere congelantur simul, quod enim Aer purus Generat, id congelat Aer asperus et grossus, Quandoquidem Aer unus in alium ingressum habet, et uniuntur (natura enim naturâ lætatur) et fiunt rupes et montes lapidei,
39. Secundum magnitudinem pororum: et quantò majores sunt Terræ pori; eò melius loca purgatur. Nam quantò major quantitas Coloris et volumen aquæ tale spiraculum petrauerit, eò citiùs Terra purgatur, quopacto in talibus locis postea Metalla commodius crescunt, sicut etiam testatur experientia, quod Aurum nullibi nisi in montibus quæratur et reperiatur, quod in planitie rarò fieri potest.
40. Sunt enim talia loca plerumque humidi, non à Vapore, sed ab aquâ Elementari, quæ illum Vaporem attrahit, et invicem taliter amplectuntur,
41. ut non facilitèr separari possint; post hæc Sol Cœli, digestione et coctione, illa in Argillam tenuem convertit, cujus utuntur figuli, in locis
42. autem ubi Arena radior est, et Vapor ille in se nullam pinguedinem vel Sulphur continet, operatur in pratis herbas et folia. præterea sunt
43. et alii et nobiliores lapides, velati Adamas, Rubinus, Smaragdus, &c. Sic omnes sic generantur. Cum Naturæ Vapor solum per se sublimatur, absque accessu pinguedinis, Sulphuris, et pervenit ad locum aquæ salsæ puræ, fiunt adamantes, et hoc in locis frigidissimis, ad

Quæ pinguedo illa accedere nequit. Non enim pin=
44. =guedo illud permitteret. Sciendum itaque, quod aqua
Spiritus facilitèr modico calore sublimetur, Oleum
autem et pinguedo, non nisi per magna et calida
loca sublimari potest. Quamvis enim ex Centro
tollatur, attamen modico frigore coalescit, et sic
hæret in viâ quam sequebatur. Sed Vapor ascendit
ad loca convenientia, et in aquâ pura in parvos=
45. lapides convertitur. Quomodo autem lapides
Colorem acquirant, Sciendum, quod id prop=
ter sulphur accidat, ut sequitur. Dum pinguedo
Sulphuris per continuam impulsionem allegatam
coalescit aut congelatur, tunc aqueus Spiritus illam penu=
=trando, digerit et coquit, et purificat, ~~per~~ virtute sali,
donec color digesto in album vel rubrum coloretur, qui
color superiora appetens, cum eodem Spiritu (quia sub=
=tilior factus est color) per tot repetitas destillationes
cum Spiritu in altum tollitur, tunc habet Spiritus
potentiam vel imputrefactas penetrandi, et sublatum
sibi immixtum Colorem introducendi, qui postea
cum ipsâ ~~aqua~~ partim Coagulatâ vel congelatâ
Aquâ unitur, et sic ejus canales implet, et tandem
46. Continuâ fixatione cum eâ figitur. Quælibet
enim aqua calore congelatur, si Spiritibus caret,
aut congelatur frigore, dum Spiritus habet. Quæ
47. BB: Autem Aquam Calidam scit Congelare, et cum
eâ Spiritum unire, profecto inveniet rem pretio=
=siorem Auro et omnibus. propterea Solicitus
sit ut Spiritus ab aquâ separetur, ut putrescat,
et appareat granum: postea dum fæces ejecit,
reducat Spiritum ex Sublimi in aquam, et faciat
(x Im Altum Zurück) ut simul uniantur. Hæc enim Conjunctio aut
unio ramum producet, qui formâ, Seniorix dis=
=similis erit.

Tractatus Sextus.

De Mâ secundâ, et putrefactione omnium rerum.

48. Omnimodè de primâ omnium rerum materiâ

locuti sumus, et quomodo omnia à Natura et
ex Semine generentur, hoc est, quomodo Natura
ab elementis materiam suscipiat, et ex hâc Semen
formet. Nunc de Semine et de his quæ ex Semine
generantur agemus. Quidquid Semen habet, in
49. eo ipso Multiplicatur et augetur, sed non fit sine
Quid sit Semen. Naturæ adjutorio; Semen enim nihil aliud
est quam aer coagulatus in Corpore, vel humidus
Quomodo resolvatur. Vapor; et nisi per calidum Vaporem resolvatur, ad
nihil utile est. Scire ergo debent Scrutatores artis
quid Semen sit, ne postea rem quærant, quæ est
50. Tria Semina. abstrusa, et intelligant, quod Semen sit triplex, quod
ex quatuor Elementis exstitit. primum est Semen
Minerale, de quo hic agimus, Secundum est Semen
Vegetabile, tertium autem Animale est. Semen
Minerale à Philosophis cognoscitur, Vegetabile
Communis et notus est, ut in fructibus conspi-
-citur, Animale Intellectu cognoscitur. Vege-
51. tabile ostendit nobis, quomodo ipsum Natura
ex quatuor Elementis generet vel formet, aut
creet; Sciendum est enim, quod Hyems causa
sit putrefactionis, siquidem Spiritus Vivos in arbo-
-ribus suffocat, si autem per solis calorem (in quo
magnetica inest Virtus attractiva omnium humorum)
resolventur, tunc Naturæ calor, qui actione exci-
-tatus, pellit Vaporem aqueæ subtilem ad partes ultimas
et circumferentiam, qui Vapor poros arboris ape-
-rit, et guttatim stillationem caudat, semper pu-
-rum ab impuro separans, quandoque autem puru
præcedit impurum, purum dat et coalescit in
flores, impurum in folia, grossum et crassum
in corticem: Arboris cortex vita manet, folia à
Quare sunt folia decidua. calore aut à frigore decidunt, dum eorum pori con-
-stringuntur, flores coalescunt in talem calorem, qua-
-lis est horum calor, fructumque adferunt aut Semen:
Ex: gr: Pomum in quo Semen est, ex quo non fit arbor,
Sed in eodem Semine Semen vel granum inest, ex quo,

etiam sine semine, arbor crescit, non enim multiplicatio in spermate accidit, sed in semine. Sic ad oculum videmus naturam de quatuor Elementis creantem semen, ne invanum in hoc desudemus, quod enim creatum est, non ultrius Creatore eget.

52. Hujus exempli reminiscatur lector. ad nostrum minerale semen nos convertere volumus. Semen Mineralium et Metallorum creat natura in interioribus Terræ, ideo, quia invisibile, tale semen numquam exactius creditur. Sed non mirum ignaros dubitare, cum id quod ob oculos habent non capiant, quanto minus quod invisibile et occultum est! Certum autem est, quod illud quod superius est, nihil aliud sit, quam illud quod inferius est, et vice versa; Quod superius nascitur, æquè ex eodem fonte, ac id quod in intimis terræ, nascitur. ~~[illegible]~~ Quam enim habent vegetabilia præ metallis prærogativam, ut Deus illis semen dederit, his autem semen negasset? nonne apud Deum æquè digna sunt Metalla ac arbores?

53. Hoc pro certo teneatur, quod nihil sine semine crescat, in quo enim non est semen, mortuum est. ideirco necessariò sequitur, quod quatuor Elementa aut Metallis semen largiantur, aut ea sine semine producant. Si sine semine producantur, perfecta esse non possunt, quidquid enim semine caret, est imperfectum, ratione compositi. Qui huic indubitatæ veritati fidem non adhibuerit, indignus est mysteriosæ naturæ scrutationis, nihil enim in mundo producitur, quod semen non habeat. Metallorum semen metallis inest vere et actu, et hujus seminis generatio sic se habet. Quatuor Elementa in primâ operatione et actione naturæ stillant ope Archei naturæ in centrum Terræ vaporem ponderosum aut vaporem aqueum, qui Metallorum semen est, et Mercurius nuncupatur, propter fluiditatem suam, et quia cum qualibet se conjungit,

(non propter essentiam suam) cum Sulphure compa=
=ratur, propter internum Calorem Suum, et post conge=
=lationem est illius rei humidum radicale (quod dicere
possumus humiditatem à principio naturæ insitam
aut inplantatam). et quamvis Corpus metallorum
ex mercurio generatum sit, (quod de mercurio Phi=
=losophorum intelligendum est), attamen ... non
proinde sunt Qui, dicentibus et putantibus mer=
=curium vulgi esse Metallorum Semen, et sic Corpus
pro Semine accipiunt, non Considerantes, quod
etiam Mercurius Vulgaris Suum Semen in se re=
54. =cludat. Illorum omnium error ex Sequenti exem=
=plo patebit. (Notum est, quod Homines in se Semen
habeant, quoniam Speciem Suam multiplicant:
Corpus hominis est Mercurius, Sed Semen in Cor=
=pore occultatur, et respecta totius Corporis, Semen
est hujus pars exigua in pondere. Dum autem
Quis hominem Generare intendit, Non Mercurius,
Sed Semen, qui Vapor aqueus Coagulatus, *accipi
(summum semen) debet. Sic male procedunt chimici in regeneratione
metallorum; Corpora metallica Solvunt, sive Sit
☿, aut ☉, sive ☾, ♂, &c eaque cum aquis fortibus
Corrodunt, aliisque ineptis rebus, ad artem non
Spectantibus, tuncque Commiscent et Coquunt
Simul, non attendentes, quod ex hominis Corpore
in frusta Concisio non potuit Homo Generari, quia
praecessit destructio formæ humanæ Sicut et Semi=
=nis. Quælibet res in Masculo et Fœminâ multipli=
catur, ut in Tractatu de bifaria mâ monui: —
Amborum Sexuum Separatio nihil producit, Sed si
debitâ Ambo Conjungantur, Novam formam pro=
=ducunt: idcirco Spermata aut Semina accipi de=
=bent, non autem Corpora. Accipe igitur Virum
Vivum et Mulierem Vivam, Hos Conjunge, ut inter
se Semen fingant, ad procreandum Suæ naturæ fructu=
55. =m. Nullus enim Homo mortalis sibi imaginetur quod
primam Materiam facere possit: prima hominis

materia est Terra, et nemo ex Terra hominem facere potest, DEUS solus potest. Sed de Secundâ Materiâ, quæ jam pridem creata est; Si in locum conveniente hæc 2ª mãam collocata fuerit, facili negotio, per operationem et actionem Naturæ, illud generari potest. Quæ natura seminium est. (artista Sic nihil aliud facit, quam subtile à spisso et grosso separare, et in Vas reponere, ad hoc ut attendendum, Sicut
56. vis inchoatus, sic etiam finitur.) Ex uno fiunt duo, et ex duobus unum, et non ultrà. Unus est DEUS, ex hoc unico DEO genitus est unus filius; unitas produxit binarium, ex his duobus S.S. ab utroque procedens; Sic Mundus conditus est, sic etiam finietur. Supra dicta quatuor puncta perpende quam potes diligentissimè, in illis habes Patrem, Filium et S.S.ª; illic habes 4 Elementa, 4 Luminaria (duo Cœlestia, duo Cantabilia Terrestria). ultrà id Nihil est, nihil ulteriùs fuit, nec erit in futurum, sicut in hâc figurâ videre est. Si omnia mysteria, quæ ex hoc fonte haurire possent Scribere Velles, magna extarent Volumina. Sed denuò ad meum propositum
57. revertor, et tibi dico quod Verum est, fili mi: ex uno unus nascere nequit, hoc autem DEO Soli proprium est, Satis tibi sit, quod ex duobus unum producere aut generare possis, ad subtilitatem tuam. Scias denuò quod multiplicativum* sperma sit materia secunda, et non prima, non enim prima rerum materia videri oculis potest, in naturâ occulta latet, vel in Elementis, Secunda materia, autem, filii Doctrinæ et Artis quandoque apparet.

* et multiplicans

Tractatus 7.us

De Virtute et Potentiâ Secundæ Materiæ.

58. Ut autem facilius capere possis, hujus Materiæ Secundæ Constitutionem, Volo tibi amplam facere Descriptionem Virtutum et potentiarum ex quibus in-

59. notescit; Scias itaque in principio, quod Natura sit in tria Regna divisa. Duo sunt Regna, quorum quodlibet per se Subsistere potest etiamsi duo Cætera regna deessent. Sunt itaque, Regnum Minerale, Regnum Vegetabile, Regnum Animale. Regnum minerale per se existere potest, etiamsi non esset homo, nec Arbor, nec Herba. Similiter Regnum Vegetabile potest per se Subsistere quamvis nullum esset metallum aut minera, et Nullum Animal, &c. Hæc duo ex uno per unum Creata

60. sunt. Tertiam autem ex dictis Regnis duobus Vitam Suam Habet, Sine quibus Subsistere non possit, attamen Nobilius et Gloriosius prioribus, etiamsi ultimum in ordine Succedit, Super illa Regnat, quoniam Semper in tertio potentia desinit, et in Secundo Multiplicatur. Vides: in Regno Veg:

61. Prima Materia est Herba Sive Arbor, quæ tu effingere nequis, Nãa Sola id facit. in hoc Regno Secunda Materia est Semen, quod Vides, in hoc Herba et Arbor Multiplicatur. in Regno Animali Prima materia est Animal, Vel Homo, qualem Creare non potes, Sed Secundam Materiam aut Sperma Cognoscis, in quo Homo se Multiplicat. In Regno Minerali Nullum Metallum procreare potes, quod Si ratum de hoc Gloriris, Mendax es, Natura Metallum formavit, et quamvis habeas primam mãam ope Philosophorum, esset tamen tibi impossibile illud Sal Centrale Sine Auro Mul=

62. tiplicare, Semen autem Metallorum Soli filii Artis Notum. In Regno Vegetabili Videmus Semen exterius, Renes coctionis seminis Vegetabilis sunt aer Calidus: In animalibus Videmus Semen intus et extra, Renes digestionis hujus seminis Sunt Renes Viri; Aqua in Regno Minerali est Semen in Con=

=tro cordis et vitæ eorum, Renes digestionis Seminis sui,
63. Ignis est. Receptaculum Seminis Vegetabilis est Terra,
Seminis Humani receptaculum est Matrix seu femina.
Receptaculum aquæ Minerales est Aer, et hæc sunt
Receptacula Seminum, quæ etiam sunt Congelatio
Corporum, etiam hæc sunt [illegible] Digestio,
quæ Solutio, et hæc Putrefactio, quæ est destruc=
64. =tio. Virtus autem et potentia Cujuscunque Seminis
est se cum quâlibet re in suo Regno unire et conjun=
=gere, quia Subtile est, et nihil aliud quam Aer,
qui cum pinguedine in aquâ Congelatus est, sic
noscitur, quod naturaliter se cum nullâ re extrà
Regnum Suum Conjungat, non Solvatur, sed Con=
=geletur; non enim indiget Solutione, sed Conge=
=latione. Idcirco necessarium est, ut pori Corporis
aperiantur, ut Sperma emittatur, in Cujus centro
Semen jacet, quod Aer est, dum in Matricem
debitam venit, Congelatur, et Congelat quod pu=
=rum invenit, etiamque impurum puro commiscet.
65. Quamdiu Semen in Corpore est, Corpus vivit, (dum
Semen omnino Consumptum, moritur Corpus,
Sic etiam omnia Corpora, quando Semen emise=
=runt, debilitantur.) Experientia id etiam testatur,
quod homines qui Veneris magni sunt clientes
debiliores cadunt, sicuti Jam Arbores nimios
fructus gerunt steriles fiunt citò. Adeoque ut
66. Jam diximus: Semen est res invisibilis, Sperma
autem visibile est, et est sola Anima vivens, et
non reperitur in mortuo aut in re quacunque
mortua: duobus modis acquiritur, Suaviter,
et Violenter. Quoniam autem hic solummodo
67. de Virtute Spermatis et Seminis agimus, dico, quod
nihil sine Semine nascatur: Virtute Seminis ita
oriuntur, et sciant filii Artis, quod in Arbore

dicuto frustrà Semen quæritur quod in Solis Vi= (B.)
=sceribus reperitur.

Tractatus 8.vus
De Arte, et quomodo Natura arte Semen operetur.

68. pro se ipso omne Semen inutile est, nisi Arte aut Naturâ in debitam matricem mittatur, et quamvis Semen hoc nobilius esset præ cæteris omnibus plantis, attamen, Vita ejus Matrix est, quæ efficit ut Sper=
=ma putrefiat, et granum parum in eo congele=
=tur, efficitque similiter Calore corporis sui ut hoc Granum nutriatur et crescat, et hoc fit in omnib? tribus dictis Naturæ Regnis. fit quoq? naturaliter per menses, annos, et tempora. (Prudens autem
69. est illa, quæ in Regno minerarium et Vegetabilium aliquid citiùs promovêre potest, non autem in Animalium Regno. in Minerali Solummodo id perficit, quod natura nequit, propter aerem gro?=
=sum et asperum, qui suâ violentiâ cujusque cor=
=poris poros replevit, non in interioribus Terræ, Sed Superius et super ipsam terram, ut Supra
70. locutus Sum. Sed ut hoc faciliùs intelligi queat, adhuc addere volui, quod Elementa, quasi altro=
=rantia intus se, Semen in Centrum ▽ de tamquam in renes effundant, Centrum autem emittit illud per motum in Matrices. Matrices autem sunt in=
=numero, tot enim Loca, tot matrices sunt, una altera puriori, et sic ferè numerus earum insti=
=tutus est. Scias itaque, quod Matrix pura pa=
=ram dabit progeniem, in Sui Simili. Ex. gr. in Animalibus Sunt Matrices Hominum, quadru=
=pedum &c. Sic in Metallicis et Vegetabilibus Sunt
71. Metalla, Lapides, Salia, oportet enim Salia in his duobus regnis considerare et attendere, et eorū Loca, Secundùm Majus aut Minus.

Tractatus 9.us

De Commixtione Metallorum, aut Qui Semen ex metallis educatur.

72. Locuti sumus de Naturâ, de Arte, de Corpore, de Spermate et de Semine. Nunc ad praxim et ad Manipulationem procedendum, quomodo nempe metalla commisceri debeant, et quæ inter Metalla sit Correspondentia. adjoque Sciendum est, quod mulier viro non sit Contraria; ex eodem Semine et in eadem Matrice nascuntur, et nihil defecit nisi in digestione, et quod Matrix purior fuerit in Sanguine et Sale. Sic Luna equè ex eodem Semine et ex eâdem Matrice ac Sol, sed Matrix plus aquæ habebat, quam Sanguinis digesti,

73. secundum tempus Celestis Lunæ, ut autem tibi facilius imaginari quæas quomodo fiat metallorum congressus, ut Semen emittant, et iamque Concipiant; respice Cœlum, et Sphæras, et Circulos planetarum; videbis Supremum esse ♄, postea ♃, tunc ♂, ☉, ♀, ☿, ☾; perpende nunc quod virtutes planetarum non sursum sed deorsum agant, ut experientia nos docet, non enim ex Veneris Matre fit, sed ex Marte Venus, quæ uno Circulo inferior est. ♃ fit facili modo ♄, quia ♃ 2us à firmamento, et ♄ secundus à Terrâ. ♄ primus à firmamento, et Luna à Terrâ prima. Sol cum omnibus se commiscet, nequaquam autem ab inferioribus meliorabitur. Non itaque te lateat, quod magna sit correspondentia ♄ni cum Cnâ, inter quæ medium locum ☉l tenet, sicut inter ♃tem et ☿ium, inter quos etiam ☉l medium occupat. item, inter ♂tem et ♀em, quorum interstallium Medium Sol tenet.

Etiam Chymici possunt ferrum in Cuprum sine
Sole transmutare; sciunt quoque ex Stanno mercu=
74. =rium facere; inveniuntur et qui ex plumbo argen=
=tum facere possunt. Si autem per has mutationes
Solis naturam scirent administrare, certè invenirent
rem, omni Thesauro pretiosiorem. Dico ideirco, non
oportere esse ignarum eas quæ metalla simul spec=
=tent, et cujus metalli natura cum alterius
natura concordet. Ideo datur Metallum virtutem
75. habens alia dvorandi, ferè enim est aqua fl=
=orum, et ferè illorum mater. Rei unica, Hu=
=midum radicale, nempe Solis et Lunæ rejicit
illi, et per illud melioratur, ut autem illud
vocem, vocatur Chalybs.* Si undecies coierit
76. Aurum cum eo, emittit semen, et debilitatur ferè
§ 121 in fine. ad mortem usque; concipit Chalybs, et gene=
=rat filium Patre clariorem. Sin postea semen
jam nati in matricem suam ponatur, eam purgat,
et efficit multiplicem ad fructus præstantissimos
pariendos. Est et aliud Chalybs, quod huic com=
=paratur, a naturâ per se creatam, quod ex Soli
radiis, per miram virtutem et potentiam illud extra=
=here valet, quod tot homines quæsierunt, et quod
est principium operis nostri.

Tractatus 10.^us

De Generatione Supernaturali filii Solis.

77. Sermonem fecimus de rebus quas natura produxit,
et quas Deus creavit, ut Scrutatores Artis eo faci=
=lius possibilitatem naturæ cognoscere possent. Ne
autem ulterius differam, volo modum et artem
elaborationis Lapidis Philosophici aut
78. Tincturæ ad manum artifici. (Lapis Philosophorum
vel eorum Ra, nihil aliud est quam ☉, quod in
gradu supremo digeritur; nam ☉ vulgaris est sicut
planta sine semine, dum matura fit, semen suum

adsit; Sic etiam Sol vel Aurum, dum maturescit,
Semen dat aut Tincturam. Sed aliquis interrogare
79. posset, quare Cu vel alia Metalla Semen nulla
faciunt? Super hoc datur ratio hæc, quoniam
maturescere non potest, propter aerem grossum,
non habet satis caloris, et accidit in quibusdam
locis ut solum aurum parum inveniatur, quod
Natura perficere intendebat, tamen impedimen-
to fuit Aer grossus; sicut Ex: gr: videmus,
Quod tamen Pomus Aurantias in Regionibus nostris,
crescat; Sicut in Italia et Hispania, fructus
autem suos ad maturitatem perfectam non
80. perducat; attamen arte adjutrice Hortulanus
aspectus fructus maturos reddit, imo et semina
eorum perficit, adeoque quod Natura negat,
81. Ars supplet. Sic etiam fit in Metallis Au-
rum potest fructum et semen edere, in quo se
multiplicat Industriâ artificiosi: Magistri, qui
Naturam omninò juvare potest sit. Si autem
aliquis id sine Naturâ operari niteretur, erraret.
Non solum in hâc arte sed in omnibus aliis rebus
aliud non possumus, quam Naturæ succurrere, et
id non alio medio quam Igne et Calore. Quoniam
autem id fieri nequit, Cùm in Corporibus Metal-
licis congelatis nulli conspiciuntur Spiritus, debet
primò Corpus solvi, et ejus pori aperiri, ut hæc
agere possit. (quæ autem illa esse debeat solutio,
82. Lectorem hìc monitum volo) Quod Duæ sint So-
lutiones, (quamvis præterea adhuc multò plures,
sed ineptæ) una sola est vera et naturalis, altera
autem violenta, quæ cæteras omnes complectitur.
Sic solutio naturalis se habet, pori corporis as-
cruntur in ☿ nostra, ut semen digestum edeat, et
in suam matricem inducatur) ☿ est ☿ nostra,

Celestis, non madefacions manus, non Vulgaris,
Sed fusè Aqua pluvialis:) Corpus est ☉ quod dat
Semen, Luna nostra est (non argentum Vulgi)
quæ Semen Auri ~~concipit~~ recipit. postea ope
☿ nostri continui permanentis septem mensibus
quandoque etiam decem mensibus regitur, donec
☽ nostra tria Consumat, et unum relinquat, idq;
duplicatum, postea cum lacte aut pinguedine ☽æ
nutritur, quæ pinguedo aut lac in uberibus ☽æ
crescit, et à putrefactione ope Salis naturæ custo=
=ditur et regitur: Et sic nascitur ille infans Se=
=cundæ Generationis. Nunc à Theoria ad praxin
pergamus.

Tractatus II.us

De Practicâ et præparatione Lapidis Seu Tincturæ, Artis ope.

83. Descriptio nostra de rebus suis, illustrata quæ exemplis, in
tot Capitulæ divisa est, ut practica eò facilius
intelligi queat, hæc ä practica, dum Naturam se=
=quimur, talis est: Recipe Terræ nostræ per gradus
undecim, grana undecim: Auri nostri (non Vulgi)
granum unum: argenti nostri (non Vulgaris) grana
duo, Cave autem ne Aurum vel argentum vulgare
accipias, mortua enim sunt; accipe nostra quæ
viva sunt, hæc in nostrum ignem impone, ~~deinde~~ liquor
Siccus ex his fiet; primo ☽ in ☿ am convertetur,
84. quæ ☿ est Philosophorum Mercurius, et hæc
☿ resolvit illa Corpora, Solis et Lunæ et consu=
=mit, ut non plus remaneat quam pars decima
cum parte unâ, et hoc Mineralis seu metal=
85. =licus Succus radicalis. postea Recipe Salenitrosa
Aquam ex nostra Terra, quoniam rivalis et
unda viva est, si aliqs ad genua foveam fodiat.

▽ prima. Accipe igitur ut ipsâ aquam, sed claram, in hanc
mitte illum Radicalem Succum, et pone in igne
putrefactionis et generationis, non tali modo
sicut primâ operatione fecisti, regal omnia
singulari detritate, donec appareant colores, ut
cauda pavonis, rege digerendo, nec te taedeat, donec
colores desinant, et solus viridis undique appareat.
Sic etiam de ceteris: dum autem in fundo cineres
fuscos videbis, et aquam quae fere rubra, vas aper-
ri, intinge plumam, et fortum hâc illine, si
86. tingat, paratam habere debes aquam de aquâ
▽ Secunda. posthac dicemus, et tantum de hâc infunde,
quantum aeris crudi introivit, cum priori igne
coque, donec iterum tingat. Huc usque propriâ
experientiâ perveni, plus autem non inveni.
87. illa autem aqua menstruum Mundi esse debet,
et sphaerâ Lunae, totiesque rectificatae, ut solem
calcinare possit. Sicè omnia patefacere volui, et
si quandoque mentem meam, non autem syllabam
intellexeris, omnia aperui, praesertim in primo et
88. secundo opere: restat ut de igne agamus. Primus
△. ignis, vel prima operationis, est △ unius gradus
constantis, qui materiam ambit: alter est ignis
naturalis, materiam digerendo et figendo. Tibi ve-
ritatem dico, quod ignis regimen aperui, si na-
89. turam intelligas. adhuc restat ut de vase loqua-
Vas. mur, Debet esse vas naturae, et duo sufficiunt.
Vas operis primi rotundum fieri oportet, sed in
opere secundo paulò minus rotundum, vitreum
nempè sivi Phiala oviformis. ante omnia na-
turam scias, quod natura unicam rubeat ignem,
quem variarum rerum (natura) operatur, hoc facit
90. distantia vel inaequalitas locorum. Similiter est solum
modo unicum vas naturae, non autem abbrevia-

=tionis causâ duobus utimur: etiam uniusmodi Ma=
=teriâ, sed ex duobus substantiis, Vis autem ani=
=mum tuum dirigere ut unam produces (perpende
prius rei creatæ) hanc ob oculos tuos positam
intelligere si nequeas, multo minus intelliges
91. quid producere aut facere cupis. Scias enim,
nihil te creare posse, quoniam creare DEO soli
competit. Sed occulta, in umbrâ vel tenebris
jacentia, visibiles facere, umbram aut tenebras
ab illis auferre, hoc ~~[illegible]~~ sapientiæ Philosophiæ
92. à DEO per naturam datum est. Perpende, rogo, sim=
=plicem Nubem-aqueam, quis unquam crederet
hanc in se continere omnia quæ totus mundus
habet, lapides duros, salia, aerem, terram, ignem,
cum per se aqua simplex appareat. quid dicam
de Terra, quæ aquam in se continet, Ignem,
Sal, aerem, et per se tantum Terra simplex videtur.
93. O mirabilis naturæ! quæ ex aquâ in Terrâ mi=
=rabiles fructus producit, et ex aere illis vitam
tribuere potest. Hoc autem accidit, et oculi plebei
illud non vident, sed oculi intellectûs et mentis
id perspiciunt, visione veraci et communi. Oculi enim
sapientum vident naturam aliter quam oculi vulgi;
94. Ex. gr. Oculi vulgi vident Solem esse calidum, sed
oculi sapientum vident, quod Sol multò magis sit
frigidus, sed motus ejus calidus sit. Solis enim opus
et operatio ex distantiâ locorum agnoscitur, Ignis
naturæ plane idem est et sic æqualis. Sicut enim
Sol inter planetarum sphæras medium et centrum
est, et ex hoc centro cœli calorem per suum motum
95. huc deorsum distribuit, sic in centro Terræ est Sol
Terræ, qui suo motu perpetuo calorem seu radios
sursum ad superficiem Terræ pellit. ~~[illegible]~~ illo calor
internus multo fortior est quam hic Elemen=
taris Ignis, sed aquâ Terrenâ temperatus, indies per
terræ poros penetrante et calorem refrigerat. Sic etiam
aer temperat Solem Cœlestem cum suo calore, qui indies

mundum percurrit, et nisi res se sic haberet, tali
Calore omnia consumerentur, nihilque oriretur.
96. Sicut autem ille Ignis invisibilis aut Calor centralis
omnia consumeret nisi aqua supervenisset, sic etiam
Calor Solis omnia destrueret nisi aer mediator esset.
97. Qui autem hæc Elementa inter se agant, brevibus
indigitabo: in centro Terræ est Sol centralis, qui suo
aut sui firmamenti motu magnum Calorem excitat,
qui se ad superficiem terræ usque extendit. hic
Calor caudat aerem, ut sequitur: Aeris matrix
est aqua, quæ filios suæ naturæ generat, sed
dissimiles, multoque subtiliores. in quo enim aqua
ingredi nequit, irrumpit aer, dum postea dictus
centralis Calor, qui continuus, agit, efficit ut aqua
distilletur et calefiat, sic ipsa aqua, vi caloris,
fit aer, et talitur foras erumpit super Terram,
(non enim reclusionem patitur) et dum ibi refrige-
rata est, aqua fit in loco adverso positus. inter-
98. dum autem fit, ut non solum aer sed etiam aqua
erumpat foras, ut videre est, dum nubes nigræ vi
in aerem sursum pelluntur, hujus enim notum exemplum,
Aquam sinito in olla coquere, ad modicum ∆em
videbis parvum vaporem et ventum, ad ignem au-
tem vehementem, vapor grossus et abundantior
99. erit. Sic etiam operatur Calor centralis, aquam
subtilem in aerem tollit, quod à sale et pinguedine
spissum est, hoc in Terra distribuit, unde plan-
tæ nascuntur, de residuo fiunt lapides et capes.
100. Aliquis autem dicat oportet, si res ita se habeat,
oportet ut semper sic accidat, cum tamen sæpius nullus
ventus animadvertitur. ad hoc respondeo: dum in
cornuta seu vase distillatorio aqua sine impetu, id
est paulatim infunditur, nullum fit ventum, parum
enim aquæ modicum ventum dignit. videt etiam,

quod non semper tonat, dum ventus et pluvia
vehemens erumpunt, sed solummodo quando
vi aeris aqua turbida versus sphæram ignis
sursum pellitur, nullam enim ignis patitur aquam;
hoc oculis conspicere potes, dum aquam frigidam
in fornacem calentem effundis, à quâ similiter
101. tamquam tonitrua exitant. Quare autem aqua
non eodem modo in talia loca et cavernas ir=
=rumpat, hæc est ratio, quia multa talia vasa et
loca sunt: interdum caverna aliquot diebus et
mensibus repellit à se ventum et aquam, donec
aqua iterum retro pellatur, ut in mari videmus,
cujus fluctus sæpius ad aliquot milliaria pellun=
=tur, antequam obstaculo obviant, quod fluctus
iterum ~~redeunte~~ ad locum pristinum repellit. Sed
102. ad rem revertamur. Dico, quod Δ vel calor sit
causa quare aer moveatur, et omnia vivunt,
Terra autem est illorum omnium tamquam
nutrix aut vas recipiens. Si autem non esset
aqua, quæ terram et aerem nostrum refri=
=geraret, exsiccaretur terra, propter has duas
rationes, nempe propter calorem tam motus
103. centralis, quam solis. nihilominus accidit in
quibusdam locis, dum pori terræ obturantur,
ut humiditas penetrare nequeat, tunc terra
propter correspondentiam solis cælestis et cen=
=tralis, qui inter se virtute magneticâ dotati
sunt, à sole accenditur. et sic tota terra
104. in cinerem converteretur in extremo judicii die.
Vide ergo et attende, ~~quo~~ ut talis sit operatio sit
in nostra terrâ, ut calor centralis et calor ~~solis~~
aquam transformet in aerem, ut superplani=
=tiem ~~terræ~~ egredi* possit, et residuum effusione
aquarum ut dixi, per poros ∀ extendere, tunc fiat

*effusionis

in oppositione Aeris in Aquam longè subtiliorem convertatur, quam fuit prior aqua, et hoc modo
105. id fieri potest, si nostro Seni Aut Mercurio aqueo aurum et argentum deglutiri dederis, ut ipse consumat illa, et tandem ille etiam moriatur et comburatur, Cinerq; autem ejus spargantur in aquam, coquito eam donec satis, et habes medicinam curandi lepram. Sed, bene attende ne frigidum pro calido, et calidum pro frigido assumas, naturas cum naturis commisce. Si aliquid detrat quod naturæ contrariatur, (unico enim egis) ab eo separa, ut natura naturæ æqualis fiat. Hoc operare Ignis, non autem manibus, et scias, quod si naturam non sequaris, omnia fore invanum: et sic tibi, per DEUM Vivū, dixi, quod pater filio suo. Qui aures audiendi habet, audiat, et qui ingenio præditus est, attendat verbis meis.

Tractatus 12.us

De Lapide et Virtutibus ejus.

106. Hactenus sufficienter tractavimus de productionibus rerum naturalium, de Elementis, de primâ et secundâ materiâ, de Corporibus, de Semine, et de eorum usu et Virtutibus. Etiam descripsi res Vias, ad Elaborationem lapidis Philosophici. De ejus Virtute autem, quantam natura mihi concessit, experientiaque patefecit, aperiam. ut autem summariter et paucis totum Summarium horum 12 Tractatuum comprehendam, et Lector DEUM timens opinionem meam et sensa percipere queat, res ita se habet.

107. Si quis de Veritate et certitudine hujus artis dubium

movêre vellet, legat Antiquorum Philosophorum rationibus et experimentis fundatos libros, quibus tamquam fide dignis in arte eorum non diffidendum: qui tunc non credit, similis est alicui qui principiis et fundamentis capitalibus sive Axiomatibus Artis contradicit, non adputandum; surdi enim et muti loqui nesciunt. dixi, Artem esse Veram. quam enim res ceteræ omnes in mundo præ metallis prærogativam habere possunt, quâ auctoritate hæc metalla sola à communi seu generali multiplicationis benedictione Creatoris, nolentes eis semen concedere, injustè excludere volumus? cùm tamen Scriptura Sacra testatur, talem benedictionem omnibus rebus creatis à principio insertam, et communicatam esse. Si autem semen habent, quis erit tam fatuus, ut credere nolit metalla in suo semine multiplicari posse? In naturâ Ars Chymica Vera est, et Natura est Vera, sed sæpe Artista Verax et æquus. Natura est, est etiam Ars, sed Artiste multifariæ. cum autem Natura res ex Elementis creet, has generat per Voluntatem Dei, ex materiâ primâ, quam DEUS solus novit. Natura res procreat, et ex secundâ materiâ eas multiplicat, quam nam Philosophi noscunt; nihil fit in mundo sine Dei Voluntate et naturâ. quodlibet enim Elementum in suo Circulo est, nullum autem sine altero esse potest, unum ab altero vivit, et tamen commixtione non adæquantur. Aqua autem dignissimum Elementorum omnium, quia Mater est omnium rerum, super hâc fertur et supernatat Spiritus Ignis, mediante igne Aqua fit materia prima, nempe aqua cum Igne conflictu, et sic Venti generantur vel Quotidiani Vapores, ut cum Terrâ congelentur ope aeris crudi qui primo ab eadem aquâ separatus fuit, et hoc accidit incessanter, motu perpetuo, siquidem Ignis seu Calor non aliter, quam motu excitatur, quod facilè apud fabrum conspicitur dum ferrum limat, quod motu tantopere incenditur, ac si ignitione accidisset. Motus itaque Causa Caloris est, Calor Aquam movet, motus aquæ causat Aerem, ex quo omnia vivunt, unde sequitur quod ora

81.
81.
108.
109.
110.
111.

ut supra monuimus, Crescunt, nempè ex aquâ, nam
ex hujus subtilissimis vaporibus destant res subtilis-
simæ et levissimæ, sed ex ejusdem oleis graviores et
(*ultigrum) multò validiores* ex sale tandem talia oriuntur quæ
longè pulchriora præcedentibus. Quoniam autem nõa
interdùm impeditur, ut tam dura producta non possit,
siquidem Vapor pinguedo et Sal quandoque defæda-
tus, et cum loci Terræ commiscentur, Experientia
nos docuit, impurum à puro separare. Si igitur
112. cupias ut natura realiter melioretur, Solve corpus
☽: quodlibet et quod naturæ peregrinum seu alienum
adhæsit, separa, purifica, adde purum puro, coque
et coque, crudum et crudum simul, secundum nõa
113. pondus, non materiæ: scias enim oportet, quod Sal
☉ nitri centrale non plus terræ assumat quam indiget,
114. sive sit pura aut impura. Sed cum pinguedine aquæ
♀ aliter se res habet, hanc enim neq[uaquam] tenuem puram
habere potest, Ars eam purificat calore duplo, et ite-
rum conjungit.

Conclusio horum duodecim Tractatuum.

115. Chare lector, Duodecim hos Tractatus in gratiam fi-
liorum artis conscripsi, ut, antequam manibus opus
aggrediantur, Radicem naturæ cognoscere discant,
quomodo nempe in sua actione omnia producat, ut
non sine clave per portam ingrediantur, aut cribro a-
quam hauriant. Ille enim frustrà laborat, qui absq;
naturæ cognitione laborem seu opus in hâc sanctâ
et verâ arte aggreditur, jacet in naturalibus tenebris
cui sol non lucet, in umbrâ opacâ sepul-
tus est, cui luna nocte lumen denegat. Materia pro-
116. prium lumen habet, (quod oculis nostris non videmus,
umbra naturæ oculis nostris Corpus &c.), cum autem
aliquæ lumen naturæ irradiat, huic statim nebulæ
ab oculis tolluntur, et potest sine impedimento punc-
tum magnetis nostri videre, qui cum amboba
centris radiorum, nempe solis et Terræ, correspondeat:

vomit) tantum* enim extenditur lumen Naturæ, et intima ape=
=rit aut patefacit (cujus tale exemplum tibi do). Similibus
117. et æqualibus vestibus induantur juvenculus et puella du=
=odecim annorum; dum pene invicem stant, nemo cog=
=noscere potest quis alterutrorum sit
masculini aut fœminei sexus, Oculi enim nostri pene=
=trare nequeunt, ideo oculus seu visus noster nos decipit,
et falsum pro vero assumit. Si autem unius vestis
sublata fuerint ut denudetur, ut tali modo videantur,
sicut natura eum formavit, potest quilibet in suo sexu
facilitè cognosci: (Planè sic ingenium nostrum na=
umbrâm tegit: est enim Nudum hominis corpus fœ=
118. =minis naturæ umbra. Sicut autem corpus humanum
vestibus cooperitur, sic etiam humana Natura cor=
=pore cooperta est, quam cooperire aut velare DEUS
sibi reservavit. Hic diffusè et Philosophicè de hominis
dignitate et præstantiâ, creatione ejus, generatione
et partu & aliis possem, quoniam autem similia
huc non spectant, silentio prætermittenda
119. sunt, sed solummodo aliquid de hominis vitâ mo=
=vebo. Homo ex Terrâ creatus ab aere vivit, est enim
in aere cibus vitæ et cultus (quem nocte Rorem, die au=
=tem aquam rarefactam nominamus) cujus invi=
=sibili congelatus spiritus melior est, quam uni=
=versa Terra. O sancta et mirabilis Natura,
NB: quæ filios doctrinæ errare non sinis, sicut
NB: in vitâ humana quotidie demonstras!
120. Præterea in his 12 Tractatibus tot rationes naturales
introduxi, ut desiderioso et pius lector eò facilius quæ=
=cunque intelligere possit, quæ DEI Benedictione ocu=
=lis vidi, et meis manibus sine falsitate et deceptione
laboravi, est enim impossibile sine lumine et cogniti=
=one naturæ hanc artem adipisci, nisi id accidat per
Divinam revelationem, aut fidelis amici informa=
121. =tionem. Est res vilis etiam pretiosa, quam sæpius
descripsi, et iterum repeto. Recipe Veris partes 10,
☉ti vivi aut ☾te vivi partem unam; hæc omnia in

Vas tuum impone, Coque prius hunc aerem, ut aqua fiat, et postea non aqua, Si hoc nescis, et Aerem Coquere ignoras, Sine omni dubio errabis, Haec enim est Antiquorum Philosophorum Maa, hoc enim accipere debes, quod est, et tamen non videtur, donec Artifex placuerit. Est aqua roris nostri, de quâ Philosophorum Nitrum extrahitur, per quod omnia crescunt et multiplicantur: Matrix hujus Nitri est Centrum Solis aut Lunae, tam Coelestis quam Terrestris, et ut clarius dicam, Est ille Magnes noster, quem Superius Chalybem nominavi: Aer generat aut parit Magnetem, Magnes autem Generat aut apparere Aerem nostrum facit.

122. Tibi hic Veritatem Sanctè revelavi, ora DEUM, ut faveat proposito tuo. Sic habebis hic veram explicationem Verborum Hermetis, dum denunciat: Pater ejus est Sol, mater autem Luna, portavit eum Ventus in Ventre Suo: nempe O Alkali, quod Philosophi Sal Armoniacum et Vegetabile nominaverunt, in Corpore Magnesiae occultum.

123. Operatio est talis, ut Aerem congelatum Solvas, et in ipsum Auri decimam partem Solvas, hanc Solutionem Sigilla et elabora cum igne nostro, donec Aer fiat pulvis: dumque Sal mundi habebis, multi apparebunt Colores: totum processum in hoc Tractatulo descripsissem, cum autem hic, cum multiplicatione simul, in Scriptis Lullii et aliorum Philosophorum contineatur, Conatus sum solummodo de primâ et secundâ materiâ tractare, ut fideliter id praestavi: Nec Credo aliquem praestantius aut amplius id egisse, siquidem non ex mutis libris, Sed ex propriâ manuum mearum labore et experientiâ hanc artem desumpsi. Si autem vel non intelligis aut Veritati fidem non adhibes, noli de libro meo, Sed de ipso Conqueri, et Crede, DEUM tibi hoc Mysterium reve-

NB. NB. NB. §121.

124= fare nolle. Deo autem sincera precatione adhære,
et librum hunc sepius pervolve, præsertim conclu=
=sionem seorsim semper considera et meditare, quid
sit naturæ possibile, et quod sit Elementorum offi=
=cium et efficacia, seu operatio, quodve Elementum
primatum teneat, aut præcipuum sit, præsertim in
125. rarefactione aquæ et aeris. Sic enim cœli et
BB.BB. totus mundus factus est, hoc tibi sicut Patri
126. filio revelare volui. Non miseris, me tot scriptis=
tractatus, non propter me id factum est, libris enim
non egeo, sed ut multos qui in rebus vanis laborant
monerem, ne sumptus inutiles impendant. omnia
quidem paucis lineolis et verbis comprehendi potu=
=issent, te autem rationibus et exemplis ad notionem
naturæ perducere volui, ut ante omnia scires,
quid quærere debias, nempe primam et secundam
materiam. ut etiam tibi natura patefieret, cum suo
127. lumine et umbrâ. Non te turbet, quod interdum
Philosophorum more res contrarias tibi proponerim,
his ego, si intelligas, nulla est sine spinis rosa, pon=
=pende diligenter quod superius dixi, quomodo nempe
Quatuor Elementa in centrum Terræ humidum
radicale stillent, et quomodo Sol centralis terrestris
suo motu id producat, et suptilia Terram sublimet.
128. Etiam dixi, quod Sol cœli correspondentiam habeat
cum Sole centrali. cœlestis enim Sol et Luna gau=
=dent singulari virtute et potentiâ per radios suos
in Terram stillandi, nam calor cum calore et sal
cum sale faciliter uniuntur. et sicut Sol centralis
suum mare et crudam sensibilem aquam habet,
sic etiam Sol cœlestis suum habet mare et subti=
=lem insensibilem aquam; superius super Terram radii
et radii concurrunt, et producunt flores et diversa, ideo
dum cadit pluvia, rapit ex dictâ virtute vitæ, et hanc
129. cum nitro Terræ conjungit aut unit. (quoniam Ni=
=trum Terræ compar est, sicut ☿ calcinatus, qui suâ

siccitate aerem attrahit, qui aer in illo solvitur in ☿a tali vi attractivâ pollet illud Nitrum ☿ℓ, quod etiam ☿ fuit, et cum pinguedine ☿ℓ conjunctum est). Et quanto abundantiùs tunc radii ☉is pungunt, eo plus ☉tri fit, et eo major quantitas fermenti crescit, et hoc
130. indies accidit. Solummodo de rerum correspondentiâ, quam cum invicem habent, etiam de operatione Solis, Lunæ, et Stellarum, ignaris quàm maliùs lumen præbere volui, Scientes enim his non egent documentis.
131. O nostri cœli! O aquæ nostræ! O mercurii Nostri! O Salis-nitri nostri, quod in mari Mundi est! O nostri Vegetabilis, O nostri fixi etiamque volatilis sulphuris! O Capitis mortui aut fœcium nostri maris! Aquæ manus non mendacient, sine quo nullus homo vivere potest, et sine quo nihil nascitur in toto mundo. Et hæc sunt nomina Aviculæ Hermetis, quæ numquam quievit, despecta est, et quâ nemo carere potest. Sic habes rem, toto mundo pretiosiorem, jam revelatam, de quâ penitus dico, quod non sit aliud quam aqua nostra Pontica, quæ in sole et luna congelata, et ex sole et luna vi chalybis nostri extrahitur, Philosophicâ arte, mirabili modo, industriâ Ingeniosi Artis filii.

{ Aviculæ Hermetis nomina

132. Intentio mea non fuit hunc librum in lucem edere, sed tandem me movit desiderium Liberis et Philosophicis ingeniis hoc amicitiæ pignus tradendi, ut me noscentibus animum præbeam erga eos bonum, atque artem noscentibus, ut intelligant quod illis me similem et sodalem æstimo, illorumque amicitiam postulo.
133. Nullum mihi est dubium, quin multi sinceri et cordiales Viri hoc DEI donum fruentes, clandestinè, a me exemplum sumant, et propter pericula quibus obnoxius fui, Harpocratis silentium sibi commendatum velint, quotiès enim me Magnis Potentatibus manifestare volui, fuit mihi semper aut periculo aut damno. Cum his scriptis me apud filios Hermetis annun-

siccitate aerem attrahit, qui aer in illo solvitur in ♁ā tali vi attractivâ pollet illud Nitrum ♁ æ, quod etiam ♁ fuit, et cum pinguedine ♁ æ conjunctum est). Et quan=to abundantiùs tunc radii ☉is pungunt, eo plus ☉tri fit, et eo major quantitas frumenti crescit, et hoc
130. indies accidit. Solummodo de rerum correspondentiâ, quam cum invicem habent, etiam de operatione Solis, Lunæ, et Stellarum, ignaris quam meliùs lumen præbere volui, Scientes enim his non egent documentis.
131. O nostri cœli! O aquæ nostræ! O mercurii Nostri! O Salis-nitri nostri, quod in mari Mundi est! O nostri Vegetabilis, O nostri fixi etiamque volatilis sulphuris! O Capitis mortui aut faecium nostri maris! Aquæ manus non mâdefacient, sine quo nullus homo vivere potest, et sine quo nihil nascitur in toto mun=do. Et hæc sunt nomina Aviculæ Hermetis, quæ nunquam quiescit, despecta est, et quâ nemo carere potest. Sic habes rem, toto mundo pretiosissimam, jam revelatam, de quâ penitus dico, quod non sit aliud quam aqua nostra Pontica, quæ in Sole et luna congelata, et ex Sole et luna vi chalybis nostri ex=trahitur, Philosophicâ arte, mirabili modo, industriâ Ingeniosi Artis filii.

{Aviculæ Hermetis nomina}

132. Intentio mea non fuit hunc librum in lucem edere, sed tandem me movit desiderium Liberis et Philoso=phicis ingeniis hoc amicitiæ pignus tradendi, ut me

---

Михаила Сендивогія Космополи=
тана, Поляка; философическія
13[illegible] Загадки сыновьямъ истины.

---

volui, fuit mihi [illegible]
cum his scriptis me apud filios Hermetis annun=

=lio, et loco ignaros et errantes, viamque rectam et
134. veram indigito. utinam Hæredes hujus Artis Scirent,
quod nequaquam viam meliorem sequi possint,
B. BB: quam hanc his lineolis a me traditam, omnia
BB. enim aperte dixi. Sed Extractionem nostri Salis am=
=moniaci aut Mercurii Philosophici ex aqua portiâ
nostrâ et ejus usum non tam aperte detexi, et hanc
extractionem revelet Solus DEUS, qui hominum
corda et animum et mentem cognoscit. Si autem
DEUM Tot Optimum Maximum rogaveris,
hic poterit, repetitâ hujus libri lectione, intellectum
tatum illuminasse ut Intelligas quæ occulta Conti=
135. =net. Est, ut dixi supra, unicum Vas, ab initio usq;
ad finem, Vel ad Summum duo necessaria sunt.
Similiter ignis Continuus in utroque labore, de
quo errantes 10^um et 11^a tractatum legere possunt,
Sit Autem in tertia mâ laboraveris, errasti.
Cum eâ operantur ii, qui extra illud nostrum Sal
unicum, quod est Mercurius, in herbis, animalibus,
in lapidibus, et in mineralibus laborant, exceptis
Sole et Lunâ Circulo aut Sphærâ Saturni circumdata;
et qui ad optatum finem pervenire cupit, Ele=
=mentorum transformationem scire debet, leve,
grave, et Spiritum non Spiritum facere; tunc
in nulla re extraneâ laborabit, Ignis est Regi=
=men, quod ibi fit, hoc fit per Ignem, quod satis
supra, et adhuc nunc pro Conclusione repeto. Vale
lector benevole, et fruere hoc meo Experientiâ
comparato labore ad Gloriam DEI, et Salutem
Animæ tuæ.

Cosmopolitani, sub anagrammate
Divi Lechi Genus amo
aut nomine ppio
Michaelis Sendivogii Poloni,
Anigmata Philosophica filiis Veritatis.

136. Jam vobis, filii artis, ex fontis universalis Scaturigine

omnia detexi, ita ut nihil amplius desiderari possit. in præcedentibus enim tractatibus Naturam eiusque satis explicavi: Similiter etiam Theoriam et Praxim quantum licuit, aperui. Ne autem quis super modum abbreviatum loquendi gravetur, ac si aliquid omisissem, totam artem iterum vobis ænigmaticè describam, ut videatis, quantum DEI adjutorio profecerim.

137. Innumeri sunt libri, de Arte hâc tractantes, haud facilitèr autem unum reperietis, in quo veritas tam latè revelata est, quod ideo facere volui, quia cum multis locutus sum, qui putaverunt, se Philosophorum libros valde bene intelligere, sed notate, quod illorum scripta multo subtilius explicaverint, quam Natura quæ simplex est, requirebat. Imo vita sunt iis mea verba nimis levia, et impossibilia. Sæpè accidit, ut aliquid artem de verbo ad verbum enarraverim, hanc autem nullo modo

138. capere potuerunt, nec credidérunt, aquam mercurio nostro inesse: attamen pro Philosophis haberi volebant. Si itaque mea verba obscurius intelligere requiverint, non timeo (ut alii Philosophi fecerunt) ne aliquis tam facilitèr intelligat, Donum DEI est, dico. non autem quod illos non aptos inveni et cognovi ut similia scrutarentur, si ad hanc Artem Chymicorum ingenium acutum requireretur, et esset res talis, quam oculi

139. vulgi videre possent. Vobis autem dico: ut sitis simplices, et non nimium sapiatis, donec Mysterium inveniatis; dum id habueritis, necessariò sequi debet sapientia, tunc vobis non deerit industria, in libris innumeris conscribendis, quod illi qui in centro positus est ~~[illegible]~~ et rem videt, multò facilius erit, quam foris circumeunti, qui nihil præter rudia possidet. Omnium rerum secundæ materiæ clarissimè descripsi. Vobis autem ~~[illegible]~~

140. hoc consilium do, ut sciatis, si ad hoc Mysterium pervenire desideratis, DEUM primo ex toto corde rogandum, et proximum diligendum esse, et tandem ne tam subtilia vobis fingatis, de quibus

141. natura nescit. Sed manete, manete, inquam,

142. in simplici viâ Naturæ, hanc enim rem facilius
in simplicitate palpare, quam cam in subtilitate
videre potestis: non oportet ut in scriptis meis semper
~~addiscam~~ litteris adhæreatis, sed legendo Natu=
143. ram consideretis, et quid possit. Antequam autem
vos ad opus dirigatis, attente consideretis quid quæra=
tis, et qualem metam et scopum vobis proponatis, est
enim melius primo scrutari et speculari, et ingeniose
addiscere, quam manibus et sumptibus. hoc autem dico,
144. talem rem quærendam, occultam, ex quâ (miro modo)
tali fit humor, qui aurum sine violentiâ et stri=
pitu resolvit, imo tam blandè, et naturaliter, sicut
glacies aquâ calidâ resolvitur; si illud inveneritis,
rem habebitis illam ex quâ aurum naturaliter or=
tum est. Et quamvis omnia, et cuncta metalla ex
ipsâ provenerint, attamen nulla res tam bene quam
aurum cum illa cognata est. Alij enim rebus adhæ=
rent impuritates, sed auro nulla, ideo hæres est
145. tamquam auri mater: idcircò sic concludo; si
ex meis scriptis et monitis vobis non providere vultis,
ut me, qui vobis obsequium præstare intendo, inve=
patum judicetis et habeatis, fideliter egi, quantum
~~vobis~~ licuit, et sicut sincerum virum decet; vultis
scire quis ego sum? Sum cosmopolitanus, sive
incola terræ; noscitis me? et vultis pro honestis
viris haberi, tacete; si autem me non cognoscatis,
nolo de me inquiratis; nullus enim hominum,
tota vitâ meâ, plura de me, quam hic publice
146. in scriptis tradidi, obtinebit. Credite autem mihi
Omnimode, si talis non essem, et in tali statu consti=
tutus, qualis sum, nihil mihi esset amœnius quam
vita solitaria, et sicut Diogenes, sub dolio in occulto
manere! Video enim quod omnia quæ sunt, sint
vanitas, et quod fraus et avaritia prævaluerint,
quod omnia sint venundata, et quod virtus malitiæ
sit victima. Vitæ futuræ meliorationem præoculis
147. video, et super hac exalto: non amplius miror, ut
pridem solebam, quare Philosophi, tam talem me=
dicinam adepti sunt, non æstimarunt vitam suam

vitæ soli=
tariæ ex=
cellentia=
tum oia
sint vana.

prolongare, siquidem omni Philosopho vita fatalis talitèr oboculos conspicua est, sicut tu faciem tuam propriam in speculo videre potes. Si itaque cum tempor. optatum finem attigeris, tunc credes mihi, et te Mundo non manifestabis.

Sequitur Philosophica Similitudo aut Enigma, tamquam adjunctu Donu.

148. Simel mihi contigit, cum multis vitæ meæ annis ad extrema Terræ navigarem, ut singulari DEI providentiâ ad littus maris magni ejectus essem: et quamvis illius maris portus et proprietatem valde bene didicissem et cognovissem, tamen ignorabam, si pisciculus Echeneis in istis locis generaretur, quem pisciculum tot omnis conditionis viri usq; nunc tam solicitè quæsiverunt. Cum autem ad littora Melusinas et Merfinos hinc inde natantes conspicerem, attamen, qui aliàs à priori labore defessus multisq; cogitationibus melancholiâ correptus, à murmure aquarum somno succubui, et apparitio mihi somniante se misa obtulit. Videbam ex nostro mari, dignum (seu venerabilem) senem Neptunum cum suo Tridente, egredientem, hic me, post amicam salutationem, deduxit in insulam pulchram et jucundam, hæc pulchra insula ad meridiem sita erat, et omnibus homini necessariis, et voluptatibus, largè abundabat. Campi Elisæi Virgilii vitæ cum hâc insula comparari possunt; littora hujus insulæ cypressis et rosmarinis virentibus circumcincta ornata erant. Prata viridia multiformi pulchrè coloratis floribus, amœni aspectus, et odoris; colles vineis, oliviis, et cedris ornati, sylvæ aurantiis et limoniis abundabant; vix ex utrâq; parte Lauris et Granatis excultâ et artificiosè intricatis, et iter facientibus gratam præbebant umbram: et ut paucis dicam, quidquid in mundo obvium, ibidem conspiciebatur. Petmuando
150. ostendebat mihi Neptunus sub rupe duas fodinas illius insulæ, auri et chalybis. non procul ab hoc loco me in pratum deduxit, in quo singularis hortus erat,

plurimis pulchris et vide dignis arboribus munitas,
151. Ytas multas autem arbores monstrabat mihi Septem
arbores nominibus insignatas, sed inter illas
animadverti duas

Слѣдующее упоминаніе или гаданіе
философическое, яко нѣкакій подарокъ
съ верху прошлое.

omnis labor erat fructuosus, nullo enim modo haberi
poterat, et si quandam effecerint, erat inepta et vene-
153. nata, nisi ex radiis Solis et Lunæ veniret: quamq;
pauci attigerunt; et nullus, qui tamen fortuna fa-
vebat, umquam ultra partes decem hauriri potuit.
illa enim aqua omnino mirabili erat, et edide
mihi, quod illius colorem niveum vidi, et manibus
contrectavi, et cum illam contemplassem, valde mi-
154. ratus sum. Cum autem hisce cogitationibus mo-
lestarer, disparuit Neptunus, et apparuit Senex
Magnus, in cujus fronte exaratum erat nomen
Saturni, hic mihi aquæ partes decem cum vase
155. haustit, et mox arripuit de fructu arboris Solis et
aquæ imposuit, videbam autem arboris fructum
liquescentem, sicut glacies in aquâ calidâ. illa
verò interrogabam; Domine! cum video miram
quod aqua fervet et nihilo sit, video fructum arboris
in ipsâ tam suavi calore consumi, ad quid hoc?
respondens autem blandè, dixit: fili mi, vere ty
mira est, sed ne mirare, debet enim sic esse: hæc
156. aqua est aqua vitæ, et potentiam habet fructus
arboris hujus sic meliorandi, (ut postea non trans-
plantatione aut insertione; sed solo odore suo
157. alias arbores sibi similes efficiat. præter hoc, est
aqua fructus hujus sicut mulier in nullâ aliâ

plurimis pulchris et vitu dignis arboribus munitas,
151. Inter multas autem arbores monstrabat mihi Septem
arbores nominibus insignatas, sed inter illas octo
animadverti duas elegantiores et altiores, quarum una
fructum ferebat nitidum, splendidissimo et speciosissimo
Soli similem, erantque folia ejus sicut aurum: altera
autem portabat fructus albos, liliis laeviores, et erant
ejus folia sicut argentum. et nominat Neptunus
152. illum Solis Lunae Lunae arborem. quarum autem in
hac insulâ cuncta ad optatum reperiebantur, attamen
non habebatur aqua nisi difficulter. Verum erant
plures tentantes partim fontanam aquam per tubos
illuc deducere, partimque ex variis rebus extrahere, sed
omnis labor erat frustraneus, nullo enim modo haberi
poterat, et si quandam effecerint, erat inepta et vene-
153. nata, nisi ex radiis Solis et Lunae veniret. quamque
pauci attigerunt; et nullus, qui tamen fortuna fa-
vebat, umquam ultra partes decem hausit potuit.
illa enim aqua omnino mirabilis erat, et ecce
mihi, quod illius colossum niveum vidi, et manibus
contrectavi, et cum illam contemplassem, valde mi-
154. ratus sum. Cum autem his cogitationibus mo-
lestarer, disparuit Neptunus, et apparuit Senex
Magnus, in cujus fronte exaratum erat nomen
Saturni, hic mihi aquae partes decem cum vase
155. hausit, et mox arripuit de fructu arboris Solis et
aquae imposuit, videbam autem arboris fructum
liquescentem, sicut glacies in aquâ calidâ. illa-
verò interrogabam; Domine! rem video mirabilem
quod aqua ferè et nihilo sit, video fructum arboris
in ipsâ tam suavi calore consumi, ad quid hoc?
respondens autem blandè, dixit: Fili mi, vere res
mira est, sed ne mirare, debet enim sic esse: haec
156. aqua est aqua vitae, et potentiam habet fructus
arboris hujus sic meliorandi, (ut postea non trans-
-plantatione aut insertione; sed solo odore suo
157. alias arbores sibi similes efficiat. praeter hoc, est
aqua fructus hujus sicut mulier in nullâ aliâ

re, praeter hanc aquam, fructus arboris hujus
158. putrefieri queunt: et quamvis fructus per se sint ris
mirabiles et pretiosæ, attamen dum in hâc aquâ pu=
trefiunt, generant in hâc putrefactione Salamandrũ
in igne permanentem, cujus sanguis omni thesau=
ro pretiosior, et habet potentiam seu virtutem ar=
boris sic, quod hic carnis, fœcundandi, et fructus
159. illarum adinstar mellis efficiendi. at interrogavi:
Domine quid illud sit?, respondit: tibi dixi, quod
fructus Arboris Solis sint vivi, dulces, sed loco unius
qui solus ab eo saturatur, postquam in hâc aquâ
(*fructibus) cocti fuerint, tunc mille ex illis* saturari possunt.
160. inquisivi ulterius; Domine, an forte igne coquitur,
et quamdiu? et respondit: hæc aqua ignem in=
Ignis qualis et quantus. trinsecum habet, et cum ab igne continuo juvatur,
comburit tres partes sui corporis cum corpore fru=
ctûs hujus, et nihil remanebit (nisi valde exi=
gua pars. quæ vix imaginari potest). attamen
summæ virtutis, perito Magistri ingenio coquitur,
Tempus Coctionis primùm mensibus septem, postea decem: interim
autem apparent varia, semperque die quinqua=
161. =gesima plus aut minus. et institi: Domine, nonne hic
fructus etiam in aliâ ▽â coqui potest? vel aliquidne ad=
aqua unica. =ditur? et respondit: est aqua hæc unica, quæ in hâc in=
=sulâ aut regione utilis sit: nulla etiam alia aqua
ex hac ▽â Solotus ipse: hujus pomi poros penetrare valet, (et scias quod etiam
Arbor Solis ex hâc aquâ creverit, quæ ex radiis Solis
et Lunæ vi magnetis extracta est.) ideo inter se mag=
162. =nam habent concordantiam: at si quidquam extranei
Nihil extranei additur addatur, id, quod per se valet, perficere non potest, (idcir=
=co per se relinquatur nihil, nihilq; addatur, præter hoc pomum.)
163. est enim post coctionem fructus immortalis, habens vi=
=tam et sanguinem, siquidem sanguis agit, et omnes
steriles arbores fructum adferant, talis naturæ quale
pomum. petivi ulterius: Domine, an hæc aqua etiã
alio modo hauritur, vel an omni loco haberi potest?
164. et respondit: undique est, et sine hâc nemo vivere pt,

miro hauritur modo, Sed illa melior est, quæ Vi magnitis aut chalybis nostri extrahitur, (quem in Ventre
165. Aristis reperimus). Dixi: ad quid utilis est? et respondit:
Ante genuinam coctionem Summum Venenum est, Sed
post Conuenientem Coctionem, est Summa Medicina.
dat 99 grana Sanguinis, et Singulū granum dat tibi
864 fructus arboris Solis. quæsivi: nomen alterius me-
166. dicinari potest? et dixit: Secundum Philosophorum
Scripta, primum ad 10, postea ad 100, tunc ad 1000 et ad
10 millia &c. dicebat potest. instabam; Domine mi,
An multi hanc aquam noscunt? Habetne propriū
167. nomen? et clamavit voce magnâ dicens: pauci
noscunt, unusquisque videt, Vident et amant.
Habet nomina, Sed multa et varia? Nomen
autem proprium est. Aqua nostri mercurii, ∇
Vitæ, Manus non madefaciens. petii ulterius:
168. An alia ad aliquid aliud utuntur? et respondit:
quælibet creatura utitur, Sed invisibiliter. quæsi:
An etiam aliquid in ipsa nascatur? et dixit: de
169. eâ fiunt omnia quæ in mundo sunt, de eâ vivunt,
Sed, in eâ propriè nihil est, Sed ipsa una, quæ
Se cum rebus omnibus Commiscet. rogavi: an
etiam ad aliquid præter ad fructum hujus arboris
170. utilis? respondit: in hoc opere nequaquam, liqui-
dem in fructu hujus arboris Solis Solius mul-
tiplicatur. ulterius rogare cepi: Domine, potius
aquam nomine claro mihi nominas, ut nullam
171. amplius dubium habere possim. Ille autem voce
tam Sonora exclamavit: ut me a somno excitaret,
quapropter illum amplius interrogare non potero,
Nec ulterius mihi respondere volebat, nec plura tibi
dicere nequeo. His Contentus sis, et Crede, quod im-
172. possibile sit clarius loqui. Si enim hoc non intelligis,
numquam Philosophorum Scripta intelliges. post hæc
inspiratum et subitaneum recessum, me Novus arripuit
173. Somnus, et iterum apparuit mihi forma visibilis Mercurii,

hic mihi gratulabatur, quod in Lunæ hortum Hesperi-
=dum venissem, ostenditq; mihi Specalum, in quo tota
naturam nudam et sine velo videbam; post multa
ultro citroque colloquia, illi prosuis beneficiis gratias
egi; eò quod suâ manuductione non solum in hunc
* pulcherrimū hortum* pervenissem, sed etiam in Colloquiū adoptatum
cum Saturno incidissem; quoniam autem propter
Saturni improvisum recessum, adhuc aliqua ~~ex-~~
=starent dubia, conciliandæ et inquirendæ, illum arden-
=ter rogavi, ut hâc optata occasione me a dubiis libe-
=rare vellet, illum ideirco his allocutus sum verbis:
174. Domine, Philosophorum scripta legi, dicentia,
Quod omnis generatio fiat per masculam et fœ-
=minam, et tamen solum fructum arboris solis
vidi à Saturno in mercurium nostrum imponi,
credo etiam tibi, ut hujus maris Domino, quod hoc
quoque bene sciat. Oro te, ut mihi ad interrogati-
175. =onem meam respondeas. Verum est, inquit, fili
mi, omnis generatio fit in masculo et fœmina,
Sed propter differentiam trium Regnorum natura,
aliomodo nascitur quadrupes, quam vermis;
Quamvis enim vermes oculos, visum, auditum
aliosque sensus alternos habeant, attamen ex
putrefactione oriuntur, utque loca aut Terra,
in qua putrescunt, illorum fœmina. Sic etiam
in opere Philosophico, mater hujus rei, est
Christus der iſt der aller ſteinlin,
der von Gott iſt vorgeben allein,
der Steinlin wollt zu ſonderm heil;
wirdt aber nur den frommen zu theil.
Wer dieſen ſtein und recht erkennt,
der ſelb ſein' Kunſt gar wohl vernennt.
Denn der ſtein dieſen ſteinlin ſo werth,
der allen Geiſt wegs meiſterhaft.
Es iſt nichts in der welt ſo hoch,

Und es nicht nimm Gott ihnen doch;
Ja Er ist euch so wunderbarest,
Daß euch selbst noth und ihnen,
wie droß die Menge worden ihnennet,
Er ist wie vorhin dem Zur Feinde;
Er filzt euch verwüst und blind,
und selbst Vernunftsinn benimmt;
euch wird im tod und ist Narrheit gemacht,
Er windet dem Lebendig macht.
Ja Summa: Er ist das höchste Gut,
Das sonst man nicht finden thut,
im Himmel und auf Erd fürwahr
ist Er selbst in allen Ehren,
euch unaufhörlich selbständig
währt immer und in Ewigkeit.

Deut. 32. 3.

Ihr bot unserm Gott allein die Ehre!

Молитва. Oratio.

8. Omnipotens Sempiterne DEUS, Pater Cœlestis Luminis, à quo etiam omne bonum et perfectum donum ad nos pervenit, oro Te per Jesum Christum unigenitum filium Tuum, et per abyssum tuæ gratiæ et Misericordiæ, da mihi tuam æternam Sapientiam, Thronum tuum semper ambientem, et per quam omnia Creata et facta sunt, etiamque reguntur et conservantur, perfectè cognoscere hanc è Sancto Cœlo tuo immitte, et ex Throno gloriæ tuæ, ut sit mecum, et mecum laboret, quoniam omnium occultarum Artium magistra est, etiamque omnia scit et

intelligit; Conducat me in omnibus operibus meis, ut ejus Spiritû veram acquiram intelligentiam, et infallibilem processum Artis nobilissimæ, qualis est Sapientum Lapis admirabilis, quem coram mundo abscondisti, et solis electis revelasti; adeoque opus maximum recte incipiam, constanter prosequar, et demum felicitèr perficiam, et hôc in gaudiû æternum uti possim; Oro te o DEUS bone, concede mihi hanc Summam gratiam, per eundem Cælestem et æternum bene fundatum Lapidem prodigiis abundantem Jesum Christum, qui tecum, o DEUS Pater, cum Sancto Spiritû Verus æternus DEUS, indissolubili nexu et Essentiâ dominatur et Regnat, DEUS Triune, Super omnia laudatus in æternum. amen.

Hermetis Trismegisti oratio.

Молитва Гермесова

9.

Ex animo et totis viribus laudem do Patri DEO! Sanctus DEUS, Pater universorum: Sanctus DEUS, cujus Consilium ad finem deducitur à propriis potentiis; Sanctus DEUS, qui cognosci vult et cognoscitur à suis.

Sanctus es, qui verbo constituisti entia omnia;
Sanctus es, cujus universa natura imago nata est;
Sanctus es, quem natura non formavit;
Sanctus es, qui omni potentiâ es fortior;
Sanctus es, qui omni excellentiâ es major;
Sanctus es, qui omnes superas Laudes:

Suscipe loquelæ Sacrificium purum, ab animo et corde ad te intento. O indicibilis, ineffabilis, silentio vocate! petimus ut non aberremus à cognitione nostræ essentiæ; annue mihi, et corrobora me; gratiâ hâc illumina eos, qui sunt in ignorantiâ generis mei fratres, filios tuos tuos. ideo credo Tibi, et testimonium do; in Vitam et lucem ban-

= Seo. Benedictus es Pater! tuus homo tecum sanctificari vult, prout dedisti ei potestatem (per Dominum nostrum Jesum Christum filium unigenitum Tuum. Amen.

Orationes Sequentes

Catholicus molitvel cynda dyuzaro edinitela cubilaro nada cimu slovamu.....

Sunt Autoris, cujus anagramma

En Vox DEI Jonas!

10. Quid retribuam Domino DEO meo, pro universis, quæ tribuit mihi? quod habeo Domino tuum est.

Conserva, Pater Sancte, animam et corpus meum ab omni labe peccati, quia tuus sum.

Tu me elegisti ex millibus multis, ut faciem Voluntatem Sanctam tuam, et ambulatem Coram te, in directione Cordis.

Tu DEUS me Vocasti ad Ministerium tuum, et Vocem tuam audivit indignissimus Servus tuus.

Benedictus DEUS Pater meus, qui me Electum Vocavit.

Benedictus es Pater, qui recordatus es Creaturæ tuæ.

Dirige me in Viis Sanctis tuis, O Pater Bone! et fac me tibi dignum filium.

Lætatur Cor meum, ut timeat Nomen tuum: nec me avertat Vanitas Seculi, quia tuus Sum.

Fac me dignum Æterne Pater, ut Sim Habitatio tua, et da mihi Spiritum Sanctum tuum, ut non moveantur Vestigia mea, nisi ad Laudem et gloriam et Honorem Nominis tui.

Conserva me Pater in rectitudine, et acceptum à te Spiritum Sanctum ne auferas à me.

Da Domine ut Semper Sim Castus, modestus et Sobrius, prudens et Sapiens, et custodiens Mandata tua; ut Numquam abcedam à Viis Sanctis tuis, quas benignissimè Ostendisti mihi; Deus, Pater,

Da mihi perficere quod jubes, et jube quodvis.
Fides, Spes et Charitas, sint indumentum Animæ meæ
ut sim dignus intueri faciem Sanctam tuam, et Tu
manes semper Pater meus.
Et protege me adversus Satanam, mundum, et con-
cupiscentias carnis meæ.
Dele O Deus quidquid in me tibi displicat, et fac me ut
me vis, quia tuus sum.
Et benedic inchi Servo tuo, quoniam Tu Pater meus
es, sapebenedictus in æternum.

Oratio 2.ª post installationem meam.

11. DEUS, probasti me et cognovisti me, et Veritatē
tuam o Stultisti mihi.
Vilitatem meam et Vanitatem actionum mearum
patefecisti mihi; et non est in me bonum.
DEUS magne! non sum dignus misericordiæ tuæ
quam benignissimè largitus es mihi.
Nullo habitat in me justitia; sed omnis nequitia repe-
ritur in me.
Hoc dignatus es revelare Servo tuo, ne extollas in co-
gitationibus cordis mei.
Nullo enim hominum melior sum me nosco, et plura-
mis sum similis in nequitiâ.
Attamen humilitatem et vilitatem meam non spreveris,
quamvis indignitas mea rubor sit faciem meam.
Quoniam Nihilo cunctis hominibus melior sum, et
non est peccatum quod non habitat in me.
O quanta est tua in me misericordia, DEUS bone! qui
indigentissimum hominum de luto sublevasti, et gratiâ
tuâ me gratis donasti.
Evangelium tuum Spes Animæ meæ, et fidei meæ Lex
et firmamentum.
Norma et Circinus Mensura actionum mearum, hæc
gressus meos dirigent cunctis diebus vitæ meæ.
Et deducent me semper in semitis rectis, quas benig-
nissime o Stultisti mihi.
Statuta et præcepta tua Sapientiæ tuæ Leges sunt, quas

Pueris meis exemplo prædicabo, et secundum Voluntatem tuam perficiant ea.
Malleo profanos repellam, et eodem digitis Lucem tradam.
Ecce, Coli sunt pedes mei, in Sanctuario tuo illuminati sunt oculi mei.
Sanctum Sanctorum ingrediar tecum, et non deseliquor me in Æternum.
Calcar pedi meo indicat Vigilantiam, qua in adjutorium fratrum meorum properabo.
Gladio quo accinxisti me, utar cum prudentiâ, pro Te et Lege Sanctâ tuâ, et pro defensione fratrum meorum usque ad pedem altaris tui.
Clypeo munivisti lævam meam, DEUS fortis, ne præsumam unquam de propriis viribus meis, sed omnia à Te, forti Israelis, expectem.
Cingulo circumdedisti lumbos meos, ut firmarentur ad prælium.
Torque decoravisti collum meum, Jugum tuum dulce quoniam suave est.
Coronâ Nomen tuum gerente ornasti Caput meum, gloriâ et honore exaltasti pusillum.
Posuisti me super omnes fratres meos, in Trono eminente collocasti me.
Nomen tuum in fronte mea geram in sempiternum, Tu dirige omnes cogitationes meas.
Ignis devorans es Tu, DEUS potens, circumdedisti Caput meum ne deficiam.
Carbones ardentes super Caput inimicorum meorum accumulabis, et in iræ tuæ dissipabis eos. Amen.

Oratio 3.ª

12. Tu DEUS omnipotens, sub tutelâ tuâ me misisque collocasti, suscepisti nos misericordiæ.
Sola DEI misericordia hominem liberat a nequitiâ, et cordis prævitatem expurgat, Christusque suos sibi similes facit.
Miserere mei, DEUS, miserere mei, Tuum enim quasi non est, et Tu, DEUS, es creator universi.
Porro ego in umbo sub præsidio altissimi, qui me custodit ab omni malo.
Tuo, Domine DEUS omnipotens, nullum assimilari potest præsidium, et in adjutorio tuo fidens habitabo. Amen.

Молитва для прошенія у бога милости его.

Oratio 4.ª
ad Consequendam à DEO misericordiam.

13.* O DEUS Sancte, pie, et Misericors! respice in me indignissimum Vermiculum, et per Jesum Christum filium tuum miserere mei.
nondum dignus calcare terram, nec lambere eam, quantò minus levabo oculos meos ut respiciam Cœlum!
Peccavi, Injustè egi, iniquitatem feci; agnosco, et Confiteor delicta mea; ostende mihi faciem tuam et Salvus ero.
Tu quia Pius es, miserere mei, aut in flagello tuo Vindica iniquitates meas; et noli tradere Confitentem Te, populo qui ignorat Te.
ut non dicant inter Gentes: ubi est DEUS ejus? Sed ejus inanis est, et non est DEUS nisi noster, quem novimus et colimus.
Domine Jesu Christe fili DEI Vivi, miserere mei peccatoris maximi, libera me ab iniquitate, et Salva me.
Quis similis Tibi, O DEUS! super omnes Deos. Numquid Tu Cœlum et Terram creasti, Soles Omnipotens? et non est DEUS præter Te.
Exaudi, O DEUS optime! deprecationem [illegible] humilitatis meæ, et lachrimas Cordis mei Suscipe.
Propter Temetipsum noli me rejicere à facie tuâ, sed iniquitates meas dele.
Et Benedicam Tibi Domino DEO meo, unico et Vero, quoniam Tu facis mirabilia Solus.
Et non est Miserator Similis Tibi: qui Vivis et Regnas in Sæcula sæculorum. Amen.

* Quidquid in his orationibus sinuolâ latebrosum est, hoc ipsum Deo orandum [illegible] cum autor sub anagrammate denominatus erat in Sylvâ circumdatus à feris et canibus, anno 1746. comaromii.

Молитва о страхѣ Божіемъ.

Oratio 5.ª
Pro timore DEI.

14. DEUS magne et Terribilis nimis! quem omnis potestas timet, tam cœlestis quàm infernalis, et omnis Creatura reveretur.

DEUS in Cujus potestate Sunt omnia, Quique destruis et reædificas, ad inferos ducis, et iterum reducis.

Qui Populo tuo Legem tuam promulgasti in Monte Horeb, et Terribilem Majestatem tuam ostendisti, ut timor Tui esset in eis.

Concede misericorditer mihi indignissimo servo tuo, Sanctum timorem Tui, ut numquam amplius te offendam in æternum.

Sis in æternum Benedictus, qui mihi Legem tuam dedisti, ut timore Majestatis tuæ accepto, in illis non delinquam amplius in æternum.

Sed Te DEUS Veniam in Terram, quam benignissime promisisti mihi. per Jesum Christum filium unigenitum tuum. amen.

Молитва о дарѣ любви Божіей.

Oratio 6.ª
Pro Charitatis Dono.

15. O DEUS Pater æterne! qui per Jesum Christum quem Genuisti in principio, dixisti: petite et accipietis, pulsate et aperietur Vobis;

Oro Te de totâ animâ meâ, Da mihi petenti, perfectam charitatem, ut Te DEUM meum de toto corde diligam, de totâ animâ meâ, et de totis viribus meis.

Ne permitte, O DEUS Bone, ut unquam à tuâ Laude cessem, per Jesum Christū filiū tuum

Amen.

Oratio 7.ª
Pro salute Animæ.

Молитва о спасеніи души

16. O DEUS optime, qui me jubes Te orare, te-
=cundum Sanctissimam Voluntatem tuam,
ecandi me abjectissimum et minimum Servorũ
tuorum Sperantem in Te Solum.
Da DEUS Benignissimè ut hanc Diem Noctem cùm
perfecto timore et amore Tui transigam; et ō
permittas ut declinem à Semitis tuis.
Tribue mihi Domine ut sicut Sanctissimum
nomen Tuum, quantum Homini peccatori pos-
=sibile fuit, semper honoravi ità et nunquã
permittas eum deleri, aut haberi despectui,
in quâ umbra Ejus inventa est.
Sic Domine, Nomen meum non deleatur
è libro Tuo; neque dispicias me opus manuum
tuarum; sed, O DEUS, Miserere mei et Populi
tui Quem Elegisti Tibi in æternum.
Et gratiam tuam da mihi, ut faciam tuam
Sanctissimam Voluntatem, ut à te misericor-
=diam consequi merear, per Jesum Christũ
filium tuum et Dominum meum. Amen.

Oratio 8.ª
Laudes et Adoratio Sincera.

истинная Хвала богу.

17. Exurge Anima mea, Lauda Creatorẽ
tuum, omni tempore et momento, et in
omni loco, absque fastidio.
Quoniam omnes Angeli et Sancti continuò dicunt:
Sanctus Sanctus Sanctus Dominus DEUS Sabaoth, pleni
sunt cæli et Terra Gloriâ tuâ, Hosanna in
excelsis.
Omnis Creatura Visibilis et invisibilis, Sensibilis et insen-

=sibilij, Te laudant Domine in sermone Suo, Complan=
=tij opus quod praecepisti illis.
Quanto magis ego, Quem Suscepisti servum, qui sum
imago Tua, Laudes dicam Tibi; et Benedicam nomini
Sancto tuo!
O Pater eterne! Sanctus, Sanctus, Sanctus Domi=
=nus DEUS exercituum, Sanctus Tu Pater meus, et Su=
=per Coelos Gloria tua.
Benedictus es יהוה: faciens Mirabilia Solus. Tibi
ergo Soli Sit Sempiterna laus, honor, Virtus et Glo=
=ria ab omni Creatura, in Secula Seculorum.

Oenigmatum Libellus.

De Materia et opere Sophiæ nrae.

Sic. Non haec Terra tibi Quod cernitur est Elementum,
Sed Terra in centro, condita Terra jacet.
hanc tu Virgineam Terram Sume, immaculatam,
tamquam unam Physici materiam Lapidis.

2. En Rotum Coeli, pingui cum Sulphure Terra,
Ecce Aquilam Jovis, et Solis Validum ecce Leonem.

Ex minore ☉.

3. Montibus ex binis, crescit, non ultramarinis,
hunc decidentem, cum Sanguine tolle recentem.

Sub montibus marinis tollitur.

4. Stratis jactatur, Vitae sibi deinde negatur,
multi spernentes ipsum, tollent Sapientes.

In Arboribus Capitur cujus Folia Sunt Capilli.

5. Qui Lapidem nescit, Sciat id, Quod in Arbore crescit.

in occulto nascitur.

6. Est Spes dum foditur, Fit Gaudia dum removetur,
Nos fallit, Callidat, illos infernat et Astrat.
Bis: nomina hic reperis: Scorpio, Diabolus, Rebis.

7. Ars. nonnisi Vas unum, Labor unus, Coctio et una.

8. Conteritur Pratis, campis, hortis, quoque Sylvis,
Vilitor excocta, per doctos rataque facta.

9. Et nemo it qui scit et scire possit quid sit Alchymia,
Nisi hujus rei perfectam habeat notitiam.
quod sic patet:

10. Tu deridiris, qui nescis, quæ bona quæris,
Alchymiæ summam scis, si rem noveris illam.

11. item. Sufficit Alchymiæ Rebis, et non plura requisita,
Vera via et methodus sit modo nota tibi.

12. Rem non perficies, sine doctorum documentis,
nam non tutus eris, et dispeream morieris.
Odoris ergo Venenosi, et nocivi fuge, atque vani=

Гадательная пинэжка
О матэріи и о работѣ нашея Мудрости.

тайная Кабалистическая Наука.

=que vivi una nostrum beneficio naturæ cir=
=cularitur omnia movendo, redit in Nutrimentum
nostrum, et ex Nutrimento incrementum Corporis nri.
O quam mirabile et salutare homini hoc Scienti!
hæc res illa est, quæ Valori suo omnes lapides mon=
ctium seu fodinarum in artificio alchymiæ præcellit.

15. Recipe eam quocumque tempore voluris, maximè
Veris tempore, Scilicet Philosophorum, quando tunc
Activa et passiva Vitæ cum Elementis per humana
nam Commixtionem temperatis est sibi magis
juncta et commixta, ideoque fortior et præstantior.
et factis faciendis, habebis quod quæris.
iterum hic attendite.

16. Unitas omnem numerum simplicissimè penetrat, om=
niumque Numerorum Communis mensura, fons et O=
rigo, omnium Numerum in se unica Conjunctum Continet,

21
ω
Единствѣ.

8. Conteritur Pratis, campis, hortis, quoque Sylvis,
Vilitèr excocta, per doctos saraque facta.

9. Et nemo est qui scit et scire possit quid sit Alchymia,
Nisi hujus rei perfectam habeat Notitiam.

quod sic patet:

10. Tu deridis, qui nescis, quæ bona queris,
Alchymiæ summam scis, si rem noveris illam.

11. item. Sufficit Alchymiæ Rebis, et non plura requisita,
Vera Via et Methodus Sit modo nota tibi.

12. Rem non perficies, sine doctorum documentis,
nam non tutus eris, et dispeream moriaris.
Odoris ergo Venenosos, et nocivos fuge, atque Vanitates Sophistarum.

Ars brevis est.

13. Hæc Ars est cara, et levis, et brevis, et quoque rara.

Audite me filii Sapientiæ

14. Ita Secreta et Morale, cum magno silentio, et accedite posteriora mundi, et audietis Sonantia Tonitrua, Sentietis Ventum flantem, et Videbitis grandinem et pluviam cadentem in Terram; Et hæc est res quam desiderati, cujus finis est Cultura et fertilitas Terræ, ex quâ Rebis illud nostrum beneficio naturæ circularitas omnia movens, redit in Nutrimentum nostrum, et ex Nutrimento incrementum Corporis nostri. O quam mirabile et salutare homini hæc Scientia! hæc res illa est, quæ Valore suo omnes Lapides Monetarum seu fodinarum in artificio alchymiæ præcellit.

15. Recipe eam quocumque tempore voluerit, maximè Veris tempore, Scilicet Philosophorum, quando tunc Activa et passiva virtus cum Elementis per humanæ manûs Commixtionem temperatis est sibi magis juncta et commixta, ideoque fortior et præstantior. et factis faciendis, habebis quod quæris.

21
ω
Единство.

iterum hic attendite.

16. Unitas omnium Numerorum simplicissimè penetrat, omniumque Numerorum Communis mensura, fons et origo, omnium Numerorum in se unice Conjunctum Continet,

Multitudinis omnis expers, semper eadem et immutabilis: unde in seipsam ducta, nil nisi seipsam produxit, indivisibilis est, partium omnium expers. quod si dividi aliquando fingatur, non secatur, sed multiplicatur, scilicet in unitates. nulla tamen harum unitatum est major, vel minor est totâ unitate, quemadmodum pars minor est totâ: Multiplicatur itaque, non in partes, sed in seipsam: &c.

17. unum itaque omnium rerum principium est et finis, neque ipsum principium aut finem habent: nihil uno prius est, nihil uno posterius. unum omnium rerum principium est, et usque ad unum omnia sunt, et ultrà ipsum nihil est, et omnia quæ sunt, unum ipsum desiderant: Quia omnia ab uno processerunt, ut sint eadem omnia, ab ille uno participari necesse est, et sicut omnia ab uno in multa processerunt, sic cuncta quæ ad illud unum, à quo processerunt, redire conantur, necesse est deum multitudinem.

18. Unitas igitur ad Summum DEUM refertur, qui cum ipse sit unus et innumerabilis, innumeratamen unitates de se creat, et intra se continet. Est itaque unus DEUS, unus uniuscujusque Dei mundus, — uniuscujusque mundi unus Sol, unus Phœnix, Rex unus in apibus, Dux unus in gregibus, in armentis duæ seu Rector unus, et Grues unam sequuntur, et multa alia animantia Unitatem venerantur.

19. Inter membra corporis nostri, unum est principium à quo reliqua regantur, sive illud sit caput, sive (ut alii volunt) cor. Sed observandum est quod cor appetat hoc et illud, Caput autem tamquam judex et Dominus secundum voluntatem et arbitrium potest consentire aut denegare.

20. unum est Elementum vincens et omnia penetrans Ignis. Una res est à DEO creata, subjectum omnis mirabilitatis, quæ in Terris, et in Cœlis est, ipsa est actu animalis vegetabilis et minralis, ubique reperta, à paucissimis cognita, à nullis suo proprio

nomine expressa; sed innumeris figuris et enigmatibus velata, sine quâ neque Alchymia, neque Nocturalis magia, suum Completum possunt attingere finem.

21. ab uno homine Adamo omnes producti sunt; ab uno illo omnes mortui sunt; ab uno Jesu christo rursus regenerati sunt. unus DEUS, una fides, unum Baptisma, Unique unus Rex et una Lex, et unitas et Concordia Sancta sit inter homines. unus DEUS et Pater omnium, unus mediator DEI et hominum, unus altissimus Creator qui super omnes, per omnia et in omnibus nobis, unus enim Pater DEUS, à quo omnia, et nos in illo. unus DEUS Jesus christus, qui per omnia, et nos per ipsum. unus DEUS Spiritus Sanctus in quem omnia, et nos in ipsum.

22. in Mundo Archetypo, est una Divina Essentia, fons omnis Virtutis et potestatis, ejusque nomen unicâ simplicissimâ litterâ expressum ה.

23. in mundo Intellectuali, est una Suprema intelligentia, prima creatura, fons Virtutum et haec est Anima mundi.

24. In mundo Coelesti, unus Rex stellarum fons lucis visibilis, Sol.

25. In mundo Elementari, unum subjectum et instrumentum omnium Virtutum naturalium et transnaturalium, nempe Lapis Philosophorum.

26 In mundo Minore, unum est primum vivens et ultimum moriens, scilicet: Cor hominis.

27. In mundo Infernali, unus Princeps rebellionis Angelorum est et tenebrarum, Lucifer.

In mundo Archetypo	ה Jod. Equilalis 10=1.	una Divina Essentia, fons omnis Virtutis et potestatis, ejusque nomen unicâ simplicissimâ litterâ expressum.
In mundo intellectuali	anima Mundi.	una Suprema intelligentia, prima creatura; fons Virtutum.
In mundo Coelesti.	Sol.	unus Rex Stellarum, fons Lucis Visibilis.
In mundo Elementari	Lapis Philosophor.	unum subtus et instrumentum omnium Virtutum naturalium et transnaturalium.
in Microcosmo	Cor.	unum primum vivens, et ultimum moriens.
in Inferno.	Lucifer.	Princeps Rebell. Angel. et Tenebrar.

De Binario.

28. Binarius primus Numerus est, quia prima Multitudo est, à nullo numero mitiri potest, præterquam à Solâ unitate, omnium Numerorum mensura Communi. non est Compositus ex Numeris, sed ex Solâ Unitate unâ, et unâ Coordinatus. Nec dicitur Numerus Compositus, sed magis propriè, Non Compositus. Ternarius autem primus Numerus Compositus dicitur. Binarius autem primum unitatis germen, et prima procreatio. hic Geneseos dicitur, et opinabilis Corporatio Motusque primi-probamentum, primaque forma paritatis. Numerus æqualitatis, Æquimultitatis et intervalli; ideoque justitiæ peculiaris, ejusque propriè actus, eò quod duobus gaudeat paritate ponderatis. 29. Dicitur que Numerus Scientiæ et Memoriæ et Lucis, et Numerus hominis, qui alter et Minor Mundus seu Microcosmus dicitur, dicitur que Numerus charitatis, et Mutui Amoris, Nuptiarum et Societatis. Sicut dictum est à Domino: Et erunt duo in Carne Unâ. et Ecclesiast. ait: melius duos esse simul quam unum, habent enim emolumentum suæ Societatis. Si unus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ soli, quia cum ceciderit, non habet sublevantem se. Et si dormierint duo, fovebuntur mutuo, unus quomodo calefiet? et si quispiam prævaleat contra unum, duo resistunt ei. Et dicitur Numerus Connubii et Sexus. duo enim sunt sexus, masculinus et fœminæus. dicitur que Mediëtas, Capax, bona malaque participans. principium Divisionis, multitudinis et distinctionis, et Significat Materiam, (Rebis). et aliquando dicitur Numerus discordiæ et Confusionis, infortunii et immunditiæ, et ideo in secundo die Creationis mundi, non fuit dictum, Et vidit Deus quod esset bonum: quia Binarius Numerus malus est. hinc etiam, quod jussit Deus omnia animalia immunda in arcam bina ingredi. hinc duæ præcipuæ arbores in Paradiso, Arbor Vitæ et Arbor Scientiæ boni et mali. Duæ Tabulæ Legis in Sinai. Duo Cherubim respicientes in propitiatorium. Duæ olivæ

quandoque malus est. 30.

Stillantes olum, apud Zachariam. Duæ naturæ in Christo, Divina et humana. hinc duas DEI apparitiones videlicet faciei et posteriora, vidit Moses. ib. Duo Testamenta, Vetus et novum. Duo præcepta charitatis. Duæ primæ dignitates. Duo primi Populi. Duo Genera dæmonum, boni et mali. Duæ creaturæ intellectuales, Angelus et Anima. Duo Luminaria magna, duo Solstitia, duo Equinoctia, duo Poli mundi. Duo Elementa producentia animam Viventem, Terra et Aqua. Duo primo Creata, Cœlum et Terra BB.

Sapientibus multa hic pandentur.

Scala Binarii..... {Лествица двоичная

in hac Scalâ magna Alchymiæ Arcana patent Sapientibus Cabalistis.

Ita nomen est Substantiæ et fortitudinis.

Ita nomen est creaturæ.

In Archetypo	אל Equivalet 31=4.	יה Equivalet 15=6	Nomina DEI duarum Literarum.
In mundo Intellectuali	Angelus.	Anima	Duæ substantiæ intelligibiles.
In mundo Cœlesti.	Sol.	Luna.	Duo Luminaria magna.
In mundo Elementari	Terra.	Aqua.	Duo Elementa producentia Animam Viventem.
In minore Mundo.	Cor.	Cerebrum.	Duo principatus animæ.
In mundo Infernali.	Behemoth fletus.	Leviathan Stridor dentium.	Duo quæ Christus damnatis comminatus.

De Trinario.

31. Ternarius primus Numerus incompositus, Numerus sacer, Numerus perfectionis. Numerus potentissimus. Tres enim personæ in DEO. Trinarius siquidem trino augmento perfectus, longo, lato et profundo, ultra quæ nulla datur dimensio, unde primus Numerus Cubicus dicitur (videlicet ex 3bus unitatibus æqualibus, adeoque tres mensuras æquales, seu tertium ordinem dimensionum sive potentiam representat, sicut binarius Quadratum Deum est, habens duas Equales dimensiones, longam et latam) Deus dicitur, quod Corpori trimetro et numero Cubico nihil addi potest. Tribus Corporalia et Spiritualia Constant, principio, medio et fine. Tribus, ut Hermes ait, perficitur mundus, Harmoniâ, necessitate, et Ordine. id est, Conventione Causarum ad invicem, executione ad factum, ac factura debitâ distributione. Tota temporis Mensura Trinario concluditur, Est præteritum, præsentis et futuro. Omnis Magnitudo tribus Continetur; Linea, Superficie, Corpore. tribus intervallis con-

=stat omne Corpus; Longitudine Latitudine et profunditate. Tres Symphonias continet Harmonia, Diapason, Hemiolion, Diatessaron, (id est, unâ octavâ, unâ tertiâ maxîmâ, seu Vini, et unâ Quartâ). Tria sunt Animarum genera, Vegetativa, Sensi=
=tiva et intellectualis. atque hanc rationis, ita secundis, Cu=
32. =spiditatisque distribuit tricatio. Tribus à DEO disponitur Mundus; Numero, pondere et mensurâ, deputaturque idealibus formis, sicut binarius Matr procreanti, et unitas fabricatori DEO. Tres sunt Mundi Principes, quos Magi distribuunt; Oromasim, Mitrim, Araminim: hoc est DEUM, Mentem, et Spiritum. per ternarium Cubicum sive So=
lidum, distribuuntur tres rerum productarum Enneades, Videlicet; Super Cœlestium, in Novem intelligentiarum Ordines; Cœlestium, in Novem Orbes; inferiorum, in 9 Genera Generabilium et corruptibilium. in hoc denique Cubo ternario, Videlicet 27, Omnes Musicæ proportio=
=ones includuntur, habetque ternarius in Harmoniâ,
33. Diapente, Gratiam Vocis Quintæ. Jamque etiam in Intelligentiis tres sunt Angelicorum Spirituum Hyerarchiæ. Tres sunt Intellectualium Creaturarum potentiæ, Memoria, Mens, Voluntas. Tres Ordines Beatorum, Martyres, Confessores, innocentes. Tres sunt Cœlestium Signorum Quaterniones, Scl. fixorum, mo=
=bilium, Communium. Similiter et Domorum, Videlicet, Cardinum, Succedentium et Cadentium. Tres quoque sunt in quovis Signo facies, et Decani, tresque Cujus=
=libet triplicitatis Domini. Tres sunt inter Planetas
34. Fortunæ; Tria tempora, Naturæ, Legis, et Gratiæ. Tres Virtutes Theologicæ; fides, Spes, Charitas. — tribus diebus Jonas fuit in Ventre piscis: totidem Christus in Sepulchro. Homo ex tribus Substan=
=tiis exstat, nempe ex Anima, Spiritu et Corpore.
35. Tria omnium corporum principia; Sal, Sulphur et Mercurius, quæ Corpus, anima et Spiritus nuncupantur. tria in hoc mundo accidunt omni Animæ Viventi Super terram, nempe Nascen=
=vivere et mori. tria post mortem sunt indubitatè homini adventura Resurrectio, Judicium, mala aut-

Beata Æternitat. ity: Tria Præcepta in 1ª Tabulâ.

Scala Ternarii.

лъствица тройничная.

in Archetÿ=po.	Pater	שדי Filius	Spiritus Sanctus.	Nomen Dei triū literarum Tres personæ in Divinitat.
Jn mundo intelligibili.	Suprema	media	infima	Tres Hierarchiæ angelorum.
	Jnnocentes.	Martÿres.	Confessores.	Tres Gradus Beatorum.
in Mundo Cœlesti.	mobilia	fixa	Communia	tres Quaternio=nes Signorū.
	cardines	succedentes	Cadentes	Tres Quaternio=nes Domorum
	Diurnus	nocturnus	participat.	Tres Domini Triplicitatum.
Jn mundo Elementali.	Simplicia	Composita	decomposita.	Tres gradus Elementorum.
in Minore mundo.	Caput in quo Viget in=tellectus, res=pondens Mun=do intellec=tuali.	Pectus, ubi Cor Sedes Vi=tæ, respon=dens Mun=do Cœlesti.	Ventes ubi Dignitiva Vi=tal, Membra genitalia, res=pondens Mun=do Elementali.	Tres partes respondentes triplici mun=do.
Jn mundo Jnfernali	Alecto	Megera	Tesiphone	Tres furiæ infernales.
	minos.	Æacus.	Rhadaman=thus.	Tres judices infernales
	Malefici.	Apostatæ.	Jnfideles.	Tres Gradus Damnatorū.

36. Quaternarius Numerus et Quadratus planus primus,
De Nro Quaternario
qui constat duobus proportionibus 1:2, et 2 ad 4, nascitur
Geminâ processione et proportione, videlicet unius ad unum,
et Duorum ad Duo, ab unitate incipiens in Quaternitate
desinens: Quæ proportiones in eo differunt, Quod juxtà
arithmeticam sunt sibi inæquales. Juxtà Geometri=
37. =cam vero æquales. Ytaque Quadratus DEO Patri
adscribitur, Quia in et totius Trinitatis Mÿsterium comple=

=titur. Nam ipsius singulâ proportione, prima scilicet
unius ad unum, Unitas Paternæ Substantiæ Significatur,
ex quâ Unus procedit filius, illi Æqualis: alterâ à processio-
ne tam Simplâ 2 ad 2, notatur secundâ processione utrorq;
Spiritus Sanctus, ut sic sit Æqualis Patri filius proces-
=sione primâ: Æqualis utriq; Spiritus Sanctus, processione
38. secundâ. hinc Super excelsum Dei Nomen יהוה ubi aspi-
=ratio ה, Spûs ab utroque processionem denotat. ipsa enim
ה duplicata, utramq; Syllabam totamq; Nomen termi-
=nat: unde Quaternarius est fons et Caput totius divi-
39. =nitatis. perpetuus nāa fons dicitur hic Nras, quatuor ē
sunt gradus in Scala nāa, Esse, Vivere, Sentire, intelligere.
Quatuor in nāa motus; Ascendens, descendens, progredi-
40. =ens Circularis. Quatuor sunt flumina Paradisi. Quatu-
=per tria omnem implet Scientiam: primò omnem Nu-
=merorum Simplicem progressum Quatuor implet ter-
=minis: 1. 2. 3. 4. Constituens Denarium. omnem
implet Numerorum differentiam, primum par em
41. et primum impar em inde Continens. habet in Musicâ
Diatessaron, Gratiam Vocis Quartæ; ity: Tetrachordum
et Diagramma Pythagoricum Quo ille primùm Musi-
=cos Concentus invenit, omnemq; Musicæ Harmoniā
Continet. Nam dupla, tripla, quadrupla, Sesquialtera,
Sesquitertia, Diapason, Disdiapason, Diapente, Dia-
=tessaron, omnisque Consonantia inter Quaternarii
42. limites Clauditur. totam item Mathematicam Quatuor
terminis Complectitur: Puncto, linea, plano et So-
=lido. totam Naturam Quatuor terminis Colligit, Sub-
43. =stantiâ, Qualitate, quantitate et Motu. Quatuor
Sunt Evangelia, totidem Evangelistæ. Ezechiel vidit
4 animalia juxtà fluvium Chobar, et 4 Cherubim
in 4 rotis. apud Danielem: 4 animalia magna as-
=cendebant de Mari, et pugnabant 4 Venti. in Apo-
=calypsi, 4 animalia plena oculis antè et retrò, Stabant
in Circuitu Sedis Dei: et 4 angeli Quibus datum
est nocere Terræ et Mari, Stabant super 4 angulos
Terræ, tenentes 4 Ventos, ne flarent super Terram,
neq; super Mare, neq; in ullam arborem.

Лествица четверичная.

Scala Quaternarii.

Nomen Dei quatuor literarū.	יהוה Equivalet 26. = 8.				In Mundo Archetypo ubi Lex providentiæ
Quatuor triplicitatis, sive Hierarchiæ intelligibilis.	Seraphim Cherubim Troni.	Dominationes Potestates Virtutes.	Principatus. Archangeli Angeli	Innocentes martyres Confessores.	In Mundo intellectuali, und fatali.
Quatuor angeli præsidentes Cardinibus cæli.	מיכאל Michael. 101 = 2	רפאל Raphael. 311 = 5	גבריאל Gabriel. 246 = 12 = 3	אוריאל Uriel. 248 = 14 = 5	
Quatuor præfecti Elementorū.	שרף Seraph. 580 = 13 = 4.	כרוב cherub. 228 = 12 = 3.	תרשיש Tharsis. 1210 = 4.	אריאל Ariel. 242 = 8.	
Quatuor animalia sanctitatis.	Leo.	Aquila.	Homo.	Vitulus.	
Quatuor triplicitatis tribuum Israel.	Dan. Asser. Nephtali.	Jehuda. Issachar. Zabulon.	Manasses. Benjamin. Ephraim.	Ruben. Simeon. Gad.	
4 Triplicitatis Apostolorū.	Matthias. Petrus. Jacobus maj.	Simon. Bartholom. Matthæus.	Joannes. Philippus. Jacobus min.	Thaddæus. Andreas. Thomas.	
Quatuor Evangelistæ	Marcus.	Joannes.	Matthæus	Lucas.	in mundo
Quatuor triplicitatis Signorum.	aries. Leo. Sagittarius.	gemini. Libra. aquarius.	cancer. Scorpius. pisces.	Taurus. Virgo. Capricornus.	Cælesti, à quo Lex Naturæ
Stellæ et Planetæ ad Elementa relatæ.	Mars et Sol.	Jupiter et Venus.	Saturnus et Mercurius.	Stellæ fixæ et Luna.	
Qualitates Cœlestium Elementorū.	Lumen.	Diaphanū.	agilitas.	Sodalitas.	
Quatuor Elementa:	אש Ignis. 301 = 4.	רוח Aer. 214 = 7.	מים aqua 81 = 9	ארץ 177 = 15, = 6 Terra.	In Mundo Elementali, ubi Lex generationis et Corruptionis.
4 qualitates Elementorū.	Calidum.	humidum.	frigidū.	siccum.	
4 Tempora.	Æstas.	Ver.	Hyems.	Autumnus.	

Continuatio Scalæ.

4 Cardines Orbis.	oriens	occidens	Septentrio	Meridies.	
4 mixtorum genera perfecta.	animalia	Plantæ	Metalla	Lapides.	
Quadruplicia Animalia.	Progressiva.	Volatilia	natantia	Reptilia.	
quæ respondent Elementis in Plantis.	Semina	Flores.	Folia.	Radices.	
quæ in ☿is	☉ et ♂	♀ ☿ ☽ ♃ ♄	☿.	♄ ♃ ☾.	
Quæ in Lapidibus	Lucentes et ardentes.	Leves et transparentes.	clari et Congelati.	graves et opaci.	
4 hominis Elementa	MENS	Spiritus	Anima.	Corpus.	In minori Mundo, à quo Lex prudentia
4 Potentiæ Animæ.	Intellectus.	Ratio.	Phantasia	Sensus.	
4 Judiciariæ potestates	Fides.	Scientia	opinio.	Experimentum	
4 Virtutes Morales.	Justitia	Temperantia	Prudentia	fortitudo.	
Sensus Respondentes Elementis.	Vitalis.	auditus.	gustus et olfactus	Tactus.	
4 humani Corporis Elementa.	Spiritus	Caro.	Humores.	ossa.	
Quadruplex Spiritus.	Animalis	Vitalis.	Gignitivus	Naturalis.	
Quatuor Humores.	Cholera	Sanguis	Pituita	Melancholia.	
Quatuor Complexionum motus.	Impetus.	Alacritas.	Inertia.	Tarditas.	
4 Principes Dæmoniorum nequitiæ in Elementis.	סמאל Samael 131 = 5.	עלואל Alzarel. 146 = 11 = 2	עזאל Azael. 108 = 9.	מהזאל Mahazael. 83 = 11 = 2.	in Mundo Infernali, ubi Lex iræ et Punitionis.
4 flumina Infernæ	Phlegeton.	Cocytus.	Styx.	Acheron.	
4 Principes Dæmoniorum Super 4 angulos Mundi.	Oricus.	Paymon.	Egyn.	Amaymon.	

De Quinario.

44. Numerus Quinarius Magnæ Potentiæ est: Constat ē
& primo pari, & primo impari, tamquam ex fœminâ &
masculo, Impar enim Numerus Mas est, par verò fœmina,
unde Arithmetici illum quidem Patrem, hunc verò Matrem
vocant. Magnæ igitur Potentiæ hic Numerus & perfectionis,
quoniam ex horum Numerorum permixtione Gene-
ratur: Atque præterea Universi Numeri, videlicet Denarii
justissima medietas. Nam si altrinsecus citra Quinarium,
Denarium dividendo assumas, hinc Novem, inde verò unum:
9+1
8+2
7+3
6+4
5+5
} = 10. Vel hinc octo, inde verò duo, sive 7 et 3, hinc 6 et 4; unaquæ-
que collectio denarium constituit, et semper ejus perfectum
medium est Quinarius, et ejus Equidistans: et dicto Numerus
Connubii appellatur. dicitur et Justitiæ, quia Denarium ex
45. æquilibrio secat. Sensus in homine sunt 5. in animâ potes-
tates 5, quæ sunt Vegetativa, Sensitiva, Concupiscibilis, Iras-
cibilis, Rationalis: Quinque sunt in manibus digiti, Quinque
errantes Planetæ, secundum quos Quintuplices inquovis Signo
termini. in Elementis Quinque Genera Mistorum, ut in
Scala conspiciuntur. totidem Animalium Genera, hominis,
46. Quadrupeda, reptilia, natantia, Volatilia. Sunt et Quinque
Genera, quibus à DEO componuntur omnia, Set, Essentia,
idem, alteram, Sensus, motus. Hirundo non nisi Quinque pul-
los parit, quod magna gaudet æquitate, incipiens ab eo qui
maximus est Natu, et ita in cæteris ordine eodem habens.
47. Habet quoque hic Numerus vim magnam in expiationibus: nam
in sacris pellit mala dæmones: in naturalibus pellit Venena.
Dicitur etiam Numerus felicitatis et gratiæ, et est Sigillum Spiritus
Sancti, et Nodus omnia ligans, Atque Numerus Crucis,
etiam Christi Vulneribus principalibus, quorum cicatrices
etiam in glorificato Corpore suo servare dignatus est, indig-
48. nis. Gentium Philosophi illum Mercurio sacrum dedicarunt,
tantoque vim ejus quaternario excellentiorem, quantum ani-
49. matum inanimato præcellentius. In hoc etiam Numero
Noah Patri invenit gratiam Coram Domino, et prælevatæ
aquæ fuit in Diluvio Aquarum. in hujus Noi virtute Abra-
ham Centenarius et Sara Nonagintariâ Sterilisque fœminâ,
Septies quam à Nâa Concessum est, Genuit filium, Crevitque
50. in populum magnum. Hinc in tempore Gratiæ Quinque
literis invocatur Nomen Divinæ Omnipotentiæ. Nam
In tempore Nâæ invocabatur Nomen DEI Trigrammaton

שַׁדַּי, in tempore Legis Nomen Tetragrammaton יְהוָה in effabile, cujus loco Hebræi exprimunt אֲדֹנָי: In tempore gratiæ nomen DEI Pentagrammaton יְהֹשֻׁעַ, quod Noster Non minori Mysterio etiam Trilitterum ישׁוּ invocatur.

N: 14a пятеричная..... Scala Quinarii.

Nomina DEI Pentagrāmata NN. christi Pentagrām		אליון Elion אלהים Elohim יהשוה Jehoschuah				In Archetypo.
Quinque Substantiæ intelligibiles	Spiritus primæ Hierarchiæ, Vocati Dii vel filii DEI.	Spiritus Secundæ Hierarchiæ dicti intelligentiæ	Spiritus 3æ Hierarchiæ, Vocati Angeli qui mittuntur.	animæ Corporum Cœlestium.	Heroes sive Animæ Beatæ.	In Mundo Intellectuali.
5. Stellæ errabiles, Dii terminorum.	♄	♃	♂	♀	☿	in Mundo Cœlesti.
5. Genera Corruptibilium.	▽	△	△	▽	mista	In Mundo Elementali.
5. Species mixtorum.	animal.	Planta.	Metallum.	Lapis.	Zoophytū.	
Quinque Sensus.	gustus.	auditus.	Visus.	tactus.	olfactus.	in minore mundo.
Quinque tormenta Corporalia	amaritudo mortificans.	ululatus Horrisoni.	Tenebræ terribiles.	ardor inextinguibilis.	fœtor penetrans.	in Mundo Infernali.

51. Senarius est Numerus perfectionis, quia perfectissimus
De Numero Senario nāā, in toto nīorum concretū, ab unitate usqꝫ ad Denarium:
Solus ipse adeò perfectus est, ut Collectione suarum partiū
idem resultet. nullā inopiā deficiens, nec ullā abundantiā
superfluus. Nam si partes ejus, Mediam scilicet, tertiam
et Sextam, quæ sunt 3. 2 et 1, congregantur, totum Se-
narii Corpus perfectè implent. nam 3+2+1=6. itemumꝫ
3+3=6, 4+2=6, 5+1=6. quâ quidem perfectione cæteri
Numeri carent. hinc à Pythagoricis Geneſi, nuptiisque
prorsus accomodatus adscribitur, Mundique Signaculum
52. appellatur. Senario enim Numero Constitutus Mundus,

neque immoderatâ abundantiâ Superfluus, neq; frustratus, egenusq; rerũ. Hinc est, quoniam die Sexto perfectus est et consummatus à Deo Mundus: Sexto ĩ die vidit Deus cuncta quæ fecerat et erant valde bona. Igitur perfecti sunt cœli et
53. Terra, et omnis ornatus eorum. Dicitur etiam Numerus Hominis, quia 6ta die Homo Creatus est. et dicitur Numerus Redemptionis; Nam Sexta die Christus pro Redemptione Nostrâ passus est. unde illi etiam in Cruce magna Cognatio. etiam
54. Numerus Laboris et Servitutis Vocatur. Hinc in Lege præceptum erat, Sex diebus faciendum opus, Sex diebus colligendã manna, Sex annis seminanda Terra, et quod Servus Hebræus 6 annis serviat Domino suo. Sex diebus Gloria Domini inclinavit Super Montã Sion, cooperiens eum nube. Sex alæ sunt cherubinis. Sex Circuli in firmamento, arcticus, antarcticus, duo Tropici, Equinoctialis et Ecliptica. Sex sunt errantes Planetæ, ut in Scala vides, Sex in Elementis Substantificæ qualitates, scil. acuitas, raritas, motus, et horum opposita, obtusitas, densitas, quies. Sex sunt differentiæ positionis, Sursum, deorsum, ante, retro, dextrorsum, sinistrorsum. Sex sunt Naturalia officia, sine quibus nihil esse potest, Videlicet: Magnitudo, Color, figura, intervallum,
55. Status, motus: Solida etiam figura quæ est Cubus, quadrati Sex superficies habet. totius Harmoniæ Toni sunt Sex, nempe; Quinque toni et duo Hemitonia, quæ faciunt tonum unum, qui est Senarius.

Scala Senarii.... N: Шестерична.

In Archetypo	אלוהים Elohim.		אל גיבר El gibor		ההוא 6 Literarũ.	
in Mundo Intelligibili.	Seraphim.	Cherubim.	Throni.	Dominationes.	Potestates.	Virtutes.	Sex Ordines angelorum qui ad inferiora non mittuntur.
in Mundo Cœlesti.	♄	♃	♂	♀	☿	☾	6 Planetæ & Zodiaci latitudinum ab Ecliptica aberrantes.
in Mundo Elementali.	Quies.	Raritas.	Acuitas.	Obtusitas.	Densitas.	motus.	6 Substantificæ qualitates Elementorũ.
in minore Mundo.	Intellectus.	Memoria.	Sensus.	Motus.	Vita.	Essentia.	6 gradus Hominis.
in Mundo Infernali.	Actæus	Megalesius.	Ormenus.	Licus.	Nicon.	Minos	6 Dæmones Calamitatũ suũ Auctores.

De Num: Septenario

56. Numerus Septenarius varie et multipliciy Pot̄ē; Constat ē ex 1+6, ex 2+5, vel ex 3+4. Habetque unitatem tamquam copulam geminæ Trinitatis, 3+1+3; unde si singula ejy membra, eorumqz Compagines Considerimus, procul dubio fatebimur, eum tam ex suarum partium colligantiâ, qm seorsim suâ plenitudine, omni Majestate ē planissimū.

57. Vocantque ipsum Pythagorici humanæ Vitæ vehiculum, qd non tam ex partibus suis mutuatur, quam totalitatis sue proprio jure perficit; Complectitur ē corpus et animam, nam Corpus constat ex 4 Elementiy, 4 qualitatibus affectus; Ternarius quoqz ad animā spectat, propter triplicem vim ejus, Scī rationalem, irascibilem, et concupiscibilem.

58. Septenarius itaqz quia ex 3 et 4, animā Corpori Conjungit etiam ad Genituram hoy pertinet vij ejus: hōmqz Concipi, formari, edi, nutriri, Vivere, omninoqz Constare facit. Nam cum in alvo mulieris genitale semen receptum est, si per horas 7 absqz effusione permanserit, habilē in Vitam certā est. tum 7 primis diebus Coagulatur, sitqz ad recipiendam figurā humanā idoneum: deinde Matura infantē produ-

59. -cit, qui Septimenus vocantur, Septimo ē mundi nati. post partum deinde, an Victurus sit infans, 7a hora discernit: ultrà hunc ē nūm, qui aeris salubritatem sustinuerit, intelligitur Natus ad Vitam. post dies 7 jactat reliquias umbilicii: post bis Septem incipit ad lumen Vijs ejus movere. in 3tio Septenario jam liberè oculos totamqz faciem

mens. 7. 60. Vertit. post 7 mens. fiunt distonationes. post secundū
14. mensium Septenarium sedet sine casūs timore. post
21. tertium Septenarium mensium sonus ejus in verba pro-
28. -rumpit. post quartum Septenarium stat firmus et
35. ambulat. post quintum Septenarium incipit Lac

anni 7. an. 7. 61. nutricis horrescere. post annos 7 cadant primi- dentes, et nascuntur alii ad cibum solidum aptiores, absolviturqz integritas loquendi. post secundum annorum 14.
14. -rum Septenarium pueri pubescunt, sitqz generationis
21. initium. ad tertium annorum Septenarium crescit homo in longum, ostenditqz flores et lanugines, sitqz
28. genitura pollens atqz robusta. usque ad 4tum Septenarium crescit homo in latum, et consummantur in-

anni.

=Clementa Statuit. in Quinto, omne Vitium et roboris Com= 35.
=pletur Augmentum. Sextus Vero Annorum Septenarius, Vitæ Suf= 42.
=fat Collectionis. Septimo Septenario Consummatur Prudentia, 49.
=tia, perfectamq; reddit Hominum Ætatem. Cum Vero
ad Decades Septenas pervenitur, ubi Septenarius per numerum 70.
Completum Conducitur, tunc Metam Communem Videndi habet, dicente Propheta David: Dies Annorum Nostrorum
62. in ipsis 70 annis. Summus etiam Humani Generis Crescendi Modus est 7pedum. Septem Quoque Sunt Gradus
in Corpore, Qui Dimensionem altitudinis ab imo Complent
in Superficiem, Sc. Medulla, Os, Nervus, Vena, Arteria, Caro,
Cutis. Septem Sunt Quæ à Græcis Nigra Membra Vocantur: Lingua, Cor, pulmo, Jecur, Lien, et duo renes. 7 Sunt
Corporis principales partes, Caput, pectus, manus, pedes, et
pudendum. De Spiritu quoque et Cibo Constat, quod sine
Haustu Spiritus ultrà horas 7 Vita non durat: tum quib
inediâ Mori Constitutum est, post 7tu diem non Vivunt.
63. Venæ Quoq; et Arteriæ, ut tradunt Medici, Numero
moventur Septenario. Judicia quoque in Morbis ma=
=jori apparentiâ fiunt diebus Septimis, Quos Medici Cri=
=ticos, hoc est Judiciarios, Vocant. Septenario Subjecta
et Luna quoad Phases Suas. Septem Sunt Planetæ, Satur=
64. =no Septenario tribuitur, Qui ab Inferioribus ascendendo
Septimus est Planetarum, Qui Requiem innuit, cui 7us
dies adscribitur, Qui Millenarium Septimum indicat, quo
(ajte Joanne) Captivato Dracone, Malorum Suggestore Dia=
=bolo, Quiescent Mortales, tranquillam Vitam degentes.
65. Numerus est Virginitatis, quia primus est, qui neque gene=
=ratur Neque Generat, neq; enim potest in duas partes
Dividi: itaq; ut Signatur et aliquo Numero repetitus, nec
ullum etiam ex se numerum parit Duplicatus, Qui intrà
Denarii limites Coarctatur, Quem primum limitem
66. Constat ex Horum: et Numerus Juramenti, hinc apud He=
=breos jurare Vocatur Septenare, quasi per 7 Obtestari.
Sic Abraham, quando pepigit Fœdus cum Abimelech,
67. Statuit 7 agnas in testimonium. et Numerus Beatitu=
=dinis et Requiei. Septimo die Creator ab omni opificio
Cessavit. Sabbathum et Dies Septima et quietis. 7mo die Christus
in Sepulchro Quievit. Lotionis in Jordane Septem Le. et Ego

68. Numerus pœnitentiæ et remissionis. Hinc statuta Sep=
=tennis pœnitentia pro quolibet peccato, juxtà Sapientis
Sententiam, dicentis: Et super peccatorem Septuplum.
Septimo quoq; anno fiebant remissiones et post quadra=
=tum Septenarium dabatur plena remissio. Scripturæ
Sacræ Numero hoc Septenario repletæ sunt, et ibidem
69. videri significationes possunt. 7 orationis Dominicæ
petitiones 7 cornua et 7 oculos Agnus habebat. 7.
angeli; 7 Tubæ, Septem Phialæ 7 candelabra de
7 hebdomadæ annorum in Esdra. 7 mulieres Virum
apprehendentes. Septimi diei Jejunium Vertitur in
Gaudium. 7 verba Christi in Cruce. Jacobus 7 gradus
Sapientiæ, Petrus 7 gradus Virtutum numerat. in
actibus 7 Diaconi et 7 discipuli electi per apostolos.
7 Sigilla, 7 signacula. 7 capita Bestiæ. 7 capita
Draconis, quæ habebant 7 diademata. 7 plagæ. 7
Tonitrua locuta sunt Voces suas. 7 dies. 7 Planetæ
7 Pleiades. 7 ætates Mundi; 7 mutationes hominis.
70. 7 artes liberales. totidem Mechanicæ et 7 prohibi=
=tæ. 7 Colores. 7 metalla. 7 foramina in Capite
hominis. 7 paria rerum. 7 montes in urbe Româ.
7 Reges Romani. 7 sapientes tempore Jeremiæ pro=
=phetæ. 7 sapientes Græciæ. 7 Psalmi pœnitentia=
71. =les. 7 mandata secundæ Tabulæ. 7 Viri per an=
=gelum prænuntiati, antequam nascerentur;
nempe: Ismael, Isaac, Samson, Jeremias, Joan=
=nes Baptista, Jacobus frater Domini, et Salvator
noster. denique hic Numerus in bono et in malo
72. potentissimus est. de Septenario plura dicere imo
innumera recensere possumus, quæ ad Lapidem
Philosophorum spectant. hic ē nōtus et Numerus
Materiæ quæ Septenario concluditur: סוד Mysterium
Philosophicum. Equivalet 106, adeoque numerus minor
est 7. de quo plura suo loco dicemus.

Scala Septenarii.

In Archetypo	Ararita	אראריתא			Aleher Ehcie.	אשר אהיה		Nomina Dei septem literarum.
In mundo Intelligibili.	צפקיאל Zaphkiel.	צדקיאל Zadkiel.	כמאל Camael.	רפאל Raphael.	האניאל Haniel.	מיכאל Michael.	גאבריאל Gabriel.	7 Angeli qui adstant ante faciem Dei.
In Mundo Celesti.	שבתאי 713=11=2 Saturnus.	צדק 194=5. Jupiter.	מאדים 655=16=7 Mars.	שמש Sol. 640=10 =1.	נגה 58=13=4 Venus.	כחב 30=3. Mercurius	לבנה 87=15 Luna 7=6	Septem Planetæ. ז מזלות
In mundo Elementali.	upupa. Sepia. Talpa. Plumbū. Onichinus.	Aquila, Delphinus. Cervus. Stannum. Saphirus.	Vultur. Lucius. Lupus. Ferrum. Adamas.	Olor. Vitulꝰ marin. Leo. aurum. Carbunculꝰ	Columba. Thimallus. Hircus. Cuprum. Smaragdus.	Ciconia. Mugil. Simia arg. viv. Achates.	noctua. Æsculus. felis. Argentum. Crystallus.	7. Aves Planetarum. 7. Pisces Planetarum 7. animalia Planetar. 7. Metalla Planetar. 7. Lapides Planetarum.
In Minore Mundo.	Pes dextr. Auris dextra.	Caput. Auris sinistra.	Manus dex=tra. naris dextra.	Cor. Oculus dexter.	Pudendum. naris sinistra.	manus si=nistra. os.	Pes sinister. oculus sinister.	7. membra integralia Planetis distributa. 7. foramina Capitis Planetis distributa.
In Mundo Infernali.	Gehenna. גֵּיהִנֹּם	Porta mortis. וצלמות	umbra mor=tis. צַלְמָוֶת	Putrus interitus. בור	Luctam facit. שְׁאוֹל	perditio אֲבַדּוֹן	fovea. שַׁחַת	7. Habitacula inferorum, quæ scribit Rabbi Joseph Castiliensis Cabalista in Horto Nucis.

Ergo Numeri Planetarum sunt: ♄2. ♃5. ♂7. ☉1. ♀4. ☿3. ☾6. In ordine 1☉; 2♄; 3☿; 4♀; 5♃; 6☾; 7♂

Abelbuya Equepuchar.

178.

73. Octonarius, numerus dicitur Justitiæ et plenitudinis:
Octonarij primùm, quia primus omnium dividitur in numeros
pariter pares, videlicet in 4: divisio quoque ipsa bis
bina eâdem ratione contexitur: et propter hanc divisionis
æqualitatem, Justitiæ sibi nomen invenit. altorum verò
plenitudinis, nomen accepit, propter corporis solidilatis
contextum; primus siquidem solidum corpus efficit.
74. 8 sunt sphæræ cælorum visibiles, corporalisq; nat̃ spiritus
per illum nobis significatur. est etiam numerus fœderis et
circumcisionis, quæ judæis octavo die fieri præcepta est.
octo erant in vetari lege ornamenta sacerdotis, velut; femi-
nalia, tunica, thiara, cingulus, stola talaris, superhumerale,
rationale, lamina aurea.
75. pertinet etiam hic numerus ad æternitatem, et mundi
consummationem, quia subsequitur septenarium, qui tem-
poris symbolum est: hinc etiam hic numerus beatitudinis
est: sicut enim tot beatitudinis gradus Dominus noster
Jesus christus apud matthæum. dicitur etiam numerus
salutis et conservationis, tot enim animæ in arca noë
salvæ factæ sunt à diluvio aquarum. 8 fuerunt filij
Jesse à quibus David fuit octavus. Zachariæ Joannis
76. Baptistæ pater octavo die recepit legualem. hunc numu-
rum Dionysio sacrum perhibent, qui octavo mense in
lucem editus est, in cujus sempitternum testimonium
naxos insula illi dicata, hanc prærogativam obtinuit,
ut solæ naxiæ mulieres octavo mense salubriter
pariant, fœtusq; vitales edant, cum ubique fere gentium
omnes sic geniti intereant et etiam matres manifesto
versentur in periculo. Scientiam Gentilium Magorum
agnoscentes, non mirabuntur super magna illorum
arcana, sed plerasque fuerunt impia et detestanda,
utpote dæmoniorum malorum ope præstita.

Nª octonaria.

Scala octonarii.

nna Dei 8 literarum	אֱלוֹהַ וְדַעַת Eloha	Vedaath.		יְהוָה וְדַעַת adonai	Vedaath.				in Archi=typo.
octo beatorū præmia.	Hæredi=tas.	Jncor=ruptio.	Potes=tas.	Victo=ria.	Visio Dei.	gratia	Regnū.	Gaudi=um.	in mun=do Jntel=ligibili.
Octo cæli Visibiles.	Cælum Stellatū	Cælum ♄ni	Cælum ♃ij	Cælum ♂tij	Cælum ☉lij	Cælum ♀rij	Cælum ☿ü.	Cælum ☾æ.	in Mun=do Cæles=ti.
8 qualitates particulares.	Siccitas ▽æ	frigidi=tas ▽æ	Humi=ditas △ij	Calidi=tas △ij.	Calidi=tas △ij	Humi=ditas ▽æ	Siccitas △ij.	frigidi=tas ▽æ	in Mun=do Elemē=tali.
8 beatorum Gaudia.	Pacifici	Elarinati & stillantis justitiam	mites	persecutt propter justitiam.	Mundi Corde.	miseri=cordes.	pauper=es Spi=ritu	Lugen=tes.	in mino=re mun=do
8 damnator[3] præmia.	Carcer.	Mors.	Judiciū	Jra Dei.	Tenebræ	Jndig=natio.	Tribula=tio.	Angus=tia.	in Mundo Jnfernali.

77. Novenarius apud gentiles Musis sacer, novem enim sunt Mu=
Novenarius. =sæ. Dei autem Sapientibus hic Numerus Magnum et occultum
habet Mimus Sacramentum: (hostâ 9ª Dñus nr J.C. emisit Spi=
=ritum. Astrologi etiam Annos Ennearicos, hoc est, novenarios,
in hominum ætatibus non secùs ac Septenarios, quos cli=
=macterricos vocant, observant, notabili Mutatione insignes.

78. Aliquando tamen notam imperfectionis et incompletionis
habet, quod ad denarii non pertingat perfectionem, sed
unitate minor, citrà illum deficiat, sicut super Evan=
=gelio de decem leprosis interpretari potest. Nec vacat Mys=
=terio longitudo 9 Cubitorum Og Regis Balan, qui Typus

79. est Diaboli. Sed novenarius ter tria continet, 4 et 5
adeoque Cabalista bene advertat quid in hac numero recon=
=ditum sit. 9 sunt angelorum beatorum Ordines, quos per
9 lapides figurat Ezechiel. quæ et plura in Scalâ
Sequenti reperies.

Scala Novenarii.

Nomen Dei 9. literarum	יְהוָה צְבָאוֹת			יְהוָה צִדְקֵנוּ			אֱלֹהִים גִּבּוֹר			In Archetypo.
9. Chori Angelor.	Seraphim.	Cherubim.	Throni.	Dominationes.	Potestates.	Virtutes.	Principatus.	Archangeli.	Angeli.	In mundo intelligibili.
9. Angeli præsidentes Cœlis.	Metatron.	Orphaniel.	Zaphkiel.	zadkiel.	Camael.	Raphael.	Haniel.	Michael.	Gabriel.	
9. Sphæræ mobiles.	Primũ Mobile.	Cœlum Stellatũ.	Sphæra ♄ni.	Sphæra ♃vis.	Sphæra ♂tis.	Sphæra ☉lis.	Sphæra ♀ris.	Sphæra ☿ü.	Sphæra ☾æ.	In mundo Cœlesti.
9. Musæ.	Calliope.	Urania.	Polÿmnia.	Terpsichore.	Clio.	Melpomene.	Erato.	Euterpe.	Thalia.	In mundo Elementali.
9. Lapides repræsentantes 9 choros angelorum.	Saphÿrus.	Smaragd9.	Carbuncul9.	Beryllus.	Onÿx.	chrisolitus.	Jaspis.	Topasius.	Sardius.	
Novem Sensus tùm intimi — Cùm extimi.	Memoria.	Cogitativa.	Imaginativa.	Sensus Communis.	Auditus.	Visus.	Odoratus.	Gustus.	tactus.	In minore mundo.
9. Ordines Cacodæmonũ.	Pseudothei.	Spiritus mundaciĩ.	Vasa iniquitatis.	ultores Scelerum.	Præstigiatores.	Aereæ potestates.	Furiæ Seminatrices malorum.	Giminatores sive Exploratores.	Tentatores Sive Insidiatores.	In mundo Infernali.

Scala Novenarii Adamsphæra.

Denarius

80. Denarius dicitur omnis numerus, seu Universus, alog Numerus Completus, denotans plenum curriculum Vitæ: ab eo ĩ ultrò ō numeratur, usi pios replicationem: universog numeros vel intrà se implicat, vel per se suosque explicat multiplicando: Quâpropter multiplicis religionis habetur. Hinc Veteres, Cæremonias denarias appellarunt: quib illos, qui expiandi, aut sacra adituri essent, per 10 continuos dies à certis quibusdam cibis abstinendum erat.

81. Sunt sanguinei hominis partes: Menstruum, Sperma, plasmativus Spus, massa, humores, organicum Corpus, Vegetativa, Sensitiva, ratio, mens. 10 quoque simplicia integralia hominum Constituentia, Os, Cartilago, Nervus, Chorda, Ligamentum, Arteria, Vena, panniculus, Caro, Cutis. 10 quoq; artus quib Constat intrinsecus homo: Spiritus, Cerebrum, pulmo, Cor, Epar, fel, splen, renes, genitalia, matrix.

82. Præterea 10 cortinæ erant in Templo; 10 chordæ in Psalterio, 10 instrumenta Musica, quib canebantur Psalmi quorum nomina sunt: Neza, in quo canebantur Odæ, Nablum, idem quod organum. Mizmor, in quo Psalmi. Sir, in quo cantica. Tephila, in quo Orationes. Baracha, in quo Benedictiones. Hajel, in quo laudationes. Hodaja, in quo gratiarum actiones. Asre, in quo alicujus felicitas. Hallelujah, in quo laus * tantùm, alog contemplationes. 10 sunt quoq; Cantores Psalmorum: Videlicet, Adam, Abraham, Melchisedec, Moses, Asaph, David, Salomon, 83. et 3 filii Chore. 10 quoque præcepta Legis. et Decimo die post ascensionem Christi descendit Spiritus Sanctus. Hic denique est Numerus, in quo jacob totâ nocte luctatus cum angelo, vicit in certamine, et oriente Lucifero benedictus est, et vocatus est Nomen ejus Israel. In hoc numero Josua vicit 31 Reges, et David vicit Goliath, et Philistæos. Daniel quoq; gyricula vasit Leonum. 84. Hic Numerus sicut Unitas etiam circulatus est, quia coactivatus in unitatem redit, à quâ exordium habuit: et ipse Numerorum omnium finis est, et complementum, et principium decadum. Sicut denarius refluit in unitatem, ex quâ processit, sic omne fluvius revertitur ad id, à quo habet principium sui influxus. Sic aqua ad mare currit, à quo traxit originem: Corpus in Terrã, à quâ fluxit; Mens à DEO facta, ad eundem revertitur: fluit denique ĩa creatura in nihilum, ex quo creata est, nec nisi Divino Verbo sustentatur, in quo condita sunt omnia, 85. omniaque. Cum Denario et per denarium ĩa fiunt, à DEO incipientia, et in ipsum desinentia. DEUS quoque ipsa prima Monas, priusquam se inferioribus communicet, primo se in primum

* Dei.

numerorum, ternariū videlicet, diffundit. Deinde in denariū, tamquam in decem Ydeas et mensuras omnium numerorū, et rerum omnium faciendarum, quas Hebræi decem — Attributa vocant, et 10 divina nomina numerant. quia de causa ulterior Numerus dari nequit. Hinc ōia dena Divinum quoddam in se habent, et in Lege tamquā a DEO propria eliguntur, simul cum primitijs, ut rerum primordia, velut principium numerorum, et et decima quoq; tamquam finis illi reddantur, qui principium et finis est omnium. Tabulam seu scalā inspic.

undena=riius

86. Undenarius Numerus sicut transgreditur denarium, qui Legis et præceptorum est, ita deficit à Duodenario qui gratiæ et perfectionis est: ideo Numerus peccatorum et pœnitentiæ dicitur. Hinc in Tabernaculo jussa sunt fieri undecim saga cilicina, qui est habitus pœnitentium et lugentiū pro peccatis. unde hic Versus Nullam habet cum Divinis, neq; cum cœlestibus communionem, nec attractum, nec scalam ad superna tendentem, nec ullum meritum habet sed tamen aliquando gratuitam gratiam percipit à DEO, sicut ille qui ad undecimam horam vocatus fuit, in Vineam Domini, accepitq; mercedem illorum, qui portaverunt onus diei et æstus. habet ā unicum DEI nomen אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה, quod interpretatur Sum qui sum.

Duodena=riius.

87. Duodenarius numerus est DIVINUS, et quo cœlestia metiuntur; est enim Signorum cœlestium Spirituumq; principatui adjumento. 12 sunt Signa Zodiaci, quibus præsunt 12 angeli præcipui, suffulti istigationibus magni Nominis DEI. 12 in corpore humano præcipua sunt juncturæ, in manibus, cubitis, spatulis, femore, genibus et vertebris pedum: Magna insuper in Divinis mysterijs duodenarii vis est. Elegit DEUS duodenam familiam Israel, profecitq; illis 12 Principes, totidemq; lapides locati in profundo Jordanis, et in pectore Sacerdotis eodem numero digi præcepit. duodecim etiam panes facierum propositionis. et totid lapidibus Altare constructum; et mare æneum à Salomone fabricatum, eodem numero Leones sustinebant. totidem fontes in Helim, totidem exploratores missi ad Terram promissionis. totidem Christi apostoli duodecim

Tribubus

Scala Denarii.

in Archetÿ=po.	יהוה יהוה יהי Nomen quadriliterū, collec=tum, 10 Literarum.				אהיה אהיה אהא Nomen quadriliterum extensū 10 Literarum.		אלהים צבאות Nomen Elohim Zebaoth.			Nomina Dei 10 literatū.
	1 אהיה	2 יהוה	3 יהוה אלהים	4 אל	5 אלהים גיבור	6 אלוה	7 יהוה צבאות	8 אלהים צבאות	9 שדי	10 אדני מלך	10. Nomina Dei.
	כתר	חכמה	בינה	גדלה	גבורה	נצח	הוד	יסוד	תפארת	מלכות	10 Sphirot.
	Corona.	Sapientia.	intelligentia.	Magnificantia.	Potentia.	æternitas.	Majestas.	Fundamentū	gloria.	Regnum.	
In mun=do intel=ligibili.	Seraphim.	Cherubim.	Throni.	Dominatōs	Potestates	Virtutes.	Principatus.	Archangeli.	angeli.	anima Be=atæ.	10 ordines Bea=torū secundum Dionÿsium.
	Metattron.	Jophiel.	zaphkiel.	zadkiel.	camael.	Raphael.	Haniel.	michael.	gabriel.	āa Messiæ	10. angeli præ sidentes.
	Hajot Ha=kados.	Ophanim.	Aralim.	Hasmalim	Seraphim	Malachim	Elohim.	Bne Elohim.	cherubim	Ysim.	10 ord. Beatorū secundum tra=ditionem Hebr=orum, differen=tes à Dionÿsio.
In mundo Cœlesti.	Rasiel Ha=gallalim.	Masloch.	Sabbathai.	Zedech.	Madim.	Schemes.	noga.	cochab.	Levanah.	Holonie So=dor.	Decem Sphæræ Mundi.
	Primum mobile.	Sphæra zodiaci.	Sphæra Saturni	Sphæra Jovis.	Sphæra martis.	Sphæra Solis.	Sphæra Veneris.	Sphæra mercurii.	Sphæra Lunæ.	Sph: Elemen=torum.	
in Mundo Elementa=li.	Coluznba. Columba aut agens. ☿	Pardus. Pardus aut patiens. ☿	Draco. Draco Plumbum.	Aquila. Stannum.	Equus. ferrum.	Leo. aurum.	Homo. cuprum.	Serpens. Argent. Viv.	Bos. argentum	agnus. Ra Philia	āalia Sanctitatis ☿ et minera
in mundo minori.	Spiritus.	Cerebrum.	Splen.	Hepar.	fel.	cor.	Renes.	Pulmo.	genitalia	matrix.	10. artus in=trinseci Koïs.
in Mundo Infernali.	Phudothei.	Spiritus mundatii.	Nasa iniquitatis.	ultores Scelerum.	Præstigi=atoris.	Furiæ potestatis.	Furiæ Is=minatrices malorum.	Criminato=res, sive explorato=res.	Tintatores seu Insidia=tores.	Animæ pravæ et Damnatæ.	10. Damnato=rum ordines.

Scala Aequipollentiarum. 184.

Scala Denarii.

Hebraica



Graecorum.

Tribubus praefecti. Duodecim millia numerantur Populi Signati et Electi. in Evangelio ex credentibus panibus cophini 12 fragmentorum colliguntur. 12. Angeli praesident 12 portis Civitatis. 12 lapides Coelestis Hierusalem. &c. Dici numquid sunt 12 horae? hujus Numeri Scalam fol. 187 reperies, et inspice.

89. Reliqui etiam ultra Denarium Numeri, multis et variis effectibus decorati sunt. quoniam Virtutis et originum partibusque eorum deprehendere oportet, quatenus ex Simplicium aggregatione varia, aut Multiplicationis ductu constituuntur. Nonnumquam etiam ex diminutione aut Supergressione alterius praecedentis praecipue perfectioris, significata eorum resultant, tum etiam ex se ipsis mysteriorum quorundam Sacramenta continent.

90. Sic Decimus tertius Numerus, aut tertius supra decimum, apparitionis Christi ad Gentes Mysterium indicat: 13° namque post festa nativitatem Stella Duce Magis facta est.

13. XIII.

91. Decimus quartus et ipse Christi Typum gerit, qui 14ª Lunâ primi mensis pro nobis immolatus, quo die et filii Israel Phase Domino, hoc est, transitum celebrare jussi sunt. Hunc Numerum tam sollicite observat Matth: ut quo posset illum in Generationibus Christi ubique retinere, nonnullas generationes praetermiserit.

14. XIV.

92. Nonus 15tus Spiritualium ascensionum Symbolum est, idcoque Canticum graduum in quindecim Psalmis illi adaptatum est. Cui etiam 15 anni addite Regi Ezechiae dilatantur. et 15us dies 7mi mensis erat Venerabilis et Sanctus.

15. XV.

93. Nonus 16us ex Quadrato Equilatero et patente Denario compositus est Numerus felicitatis, (in 7 enim Concentrabitur) ipse etiam 16 Prophetas Veteris Testamenti, et 12 Apostolos cum 4 Evangelistis simul etiam 16 videtur indigitare.

16. XVI.

94. Numeri 18 et 20 infausti. in primo servivit Israel Eglon 18.
XVIII. Regi Moab: in altero servivit Jacob, et venditus est Joseph.
XX. Denique inter Polypoda nullum est, quod vicenum pedum 20.
numerum excedat.

95. Nonus autem 22 plenitudinem Sapientiæ significat. totidem 22.
XXII Siquidem sunt Hebraicarum literarum characteres, totidemq; libris totum Veteris Testamentum continetur.

96. Nono à 28.vo Lunæ favor designatur. ejus enim motus à 28.
XXVIII. cursu aliorum siderum distans, quasi solitarius hoc die completus, quo redit ad idem punctum Zodiaci unde processit. Hinc 28 mansiones Lunæ, singulari virtute et influentiâ pollentes, in cœlestibus numerantur.

97. Nonus Tricesimus multis mysteriis memorabilis est, quo Dnus 30.
XXX. noster J.C. appellatus: qui ipse quoq; tricesimo suæ ætatis anno baptizatus est, cœpitque facere miracula, et docere Regnum DEI. Ipse etiam Joannes Baptista tricesimum annum agebat, cum incepisset prædicare in deserto, et preparare vias Domini. ipsique Ezechiel eâdem annorum ætate, incepit Prophetare: et Joseph anno ætatis suæ 30.mo eductus de carcere, à Pharaone accepit Ægyptii Principatu.

98. Tricesimum secundum Numerum Hebræorum doctores Sa-
XXXII. pientiæ adscribunt, totidem enim sunt ab Abrahamo descripte Semitæ Sapientiæ. Invisibilis est etiam semper in duas partes æquales ad unitatem usque, ideo Justitiæ numerus à Pythagoricis dicitur. 32.

99. Quadragenarium Nonum Veteres magnâ observatione cele-
XL. brant; de quo et festum celebrabant, Tessaracosten. Fertur ad partus eadem efficere, totidem diebus semen apti et transformari in utero, quoq; Corpus Organicum perfectum, suis debitis et harmonicis mensuris conducatur dispositum ad suscipiendam animam rationalem. Totidem diebus mulieres post partum graviori morbo conflictari, quoq; adoptentur muliebria in partu commota, antequam purificentur? totidem etiam diebus infantes risum continere, morbidos esse, magnoq; discrimine vivere: et 40.

100. hic Numerus est in Religione expiationis et pœnitentiæ, magnorumq; Mysteriorum significativus: Siquidem 40 dies et Noctes diluvii tempore pluit Dominus super Terram. 40 annis filii Israel habitaverunt in deserto. 40 dies dilata est subversio Ninive. Idemque Numerus Sanctorum

jejuniis-

Atembuiga

Scala Duo=

Nomina Dei, 12 Literarum.	הַקָּדֹשׁ בָּרוּךְ הוּא						
Nomen Mag=num, in 12 Vexil=la revolutum.	1. יהוה	2. יההו	3. יוהה	4. היהו	5. היוה	6. ההיו	7. וההי
12. Ordines Beatorum Spirituum	Seraphim.	Cherubim.	Throni.	Domina=tiones.	Potesta=tes.	Virtu=tes.	Archan=geli.
12. Angeli præ=sidentes Signis.	Malchi=del.	Asmodel.	Ambriel.	Muriel.	Verchiel.	Hama=liel.	Uriel.
12. Tribus Israel.	Dan.	Ruben.	Jehuda.	Manasse.	Aser.	Simeon.	Benjamin.
12. Prophetæ.	Malachias.	Aggæus.	Zacharias.	Amos.	Osias.	Michas.	Daniel.
12. Apostoli.	Mathias.	Thadæus.	Simon.	Joannes.	Petrus.	Andreas.	Philippus.
12. Divinitates gentil.	Pallas.	Venus.	Phœbus.	mercurius	Jupiter	Ceres.	Mars.
12. Signa Zodiaci.	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎
12. Menses.	martius	Aprilis	majus	Junius	Julius	Augustus	Sept.
12. Aves Sacræ.	noctua.	Columba.	gallus.	Ibis.	Aquila.	Passer.	Pavo.
12. Animalia sacra.	Capra.	Hircus.	Taurus.	Canis.	Cervus	Porca.	Lupus
12. Arbores sacræ.	Olea.	Myrtus.	Laurus.	Corylus.	Æsculus	Pomus.	Pinus.
12. Plantæ.	Heliophacas.	Pertistare=on Orchios.	Peristerεō Hypthios	Symphytios.	Cyclaming.	Calamin=thus.	Adiantus.
12. Lapides.	Sardonych.	Sardius	Topazius	Calcedonius.	Jaspis	Smaragd.	Hyacin.
12. membra prin=cipalia hominis, Signis distributa.	Caput.	Collum.	Brachia	Pectus.	Cor.	Venter.	Genitalia
12. Gradus damna=torum.	Pseudo=thei.	Spiritus Mendacii.	Vasa iniquitatis.	ultores Sceleum.	Præsthigi=atores.	Aereæ potes=tates.	Homines sub Luna.

Двенадцатеричная.

= denarii

אָב בֵּן וְרוּחַ הַקֹּדֶשׁ						In Archetÿpo.
7. וְהִיה	8. וְהֵחִי	9. וְיֵהָה	10. הוּרְחִי	11. הוּיָה	12. הֵחִוִי	
Princi=patus.	Archan=geli.	Angeli.	Jnnocen=tes.	Martÿ=res.	Confes=sores.	In mundo Jntelligibili
Zuriel.	Barbiel	Anna=chiel.	Hanael.	Gabriel.	Barchi=el.	
Jsaschar.	Benjamin.	Nephtalim.	Gad.	Zabulon.	Ephraim.	
Jonas.	Abdias.	Sophonias.	Nahum.	Habacuc.	Johel.	
Bartolo=maeus.	Philippus.	Jacob, maj.	Thomas.	Matthæus.	Jacob, min.	
Vulcanus	Mars.	Diana.	Vesta.	Juno.	Nptunus	NB. hæc nna ad intelligentiã librorum Thorum apposita sunt.
♎	♏	♐	♑	♒	♓	In mundo Cælesti.
September.	October.	november.	December.	Januarius	februarius.	
Anser.	Picus.	Cornix.	Ardea.	Pavo.	Cygnus.	
Asinus	Lupus	Cerva.	Leo.	Ovis.	Equus.	In mundo Elementali.
Bubalus.	Cornus.	Palma.	Pinus.	Rhanus.	Vimus.	
Scorpioides.	Artheminis	Anagallis	Lapathus.	Bracunculus hortensis.	Aristolochia	
Beryllus	Amethystus.	Hijacinthus.	chrysopasus.	Christallus.	Saphirus.	
Renes.	genitalia	Anchæ.	Genua.	Crura.	Pedes.	in Minore mundo, seu microcosmo.
Furiæ Crimina=lium Vicia ma=lorum.	Crimina=tores, seu explora=tores.	Tentatores seu insi=datores.	Malefici.	Apostatæ	Jnfideles.	In mundo Jnfernali.

Jejunij sacer habitus est, siquidem per 40 dies Moses, Helias, et Christus jejunaverunt. 40 septimanis Christus in utero Virginis portatus est. 40 diebus à nativitate mansit Christus in Bethlehem, antequam offerretur in Templo: 40 mensibus publice praedicavit: 40 horis mortuus delituit in sepulchro: 40.mo die post resurrectionem in coelos ascendit, quæ omnia non sine hujus numeri occultâ proprietate et mysterio facta fuisse, nostri tradunt Theologi. Paulus ter accepit Quadragenas unâ minus.

101. Quinquagesimus autem, Numerus est remissionis peccatorum,
50. L. et servitutis, Libertatisque significativus: Secundum legem enim Quinquagesimo Anno remittebantur debita et restituebatur Quisq; in possessionem suam. ~~Quinquagesimo die a~~ ~~exitu populi de Aegypto promulgata est Lex in monte Sina.~~ Lex quoque, et Spiritus Sanctus in eodem datus est: Nam Quinquagesimo die post exitum Israel de Aegypto, Lex data est Moysi in Monte Sina. Quinquagesimo die post resurrectionem descendit Spiritus Sanctus super apostolos in Monte Sion: unde dicitur et Numerus Gratiæ.

102. Erat et Sexagenarius Aegyptius sacer, quia crocodillus 60
LX 60. ova parit, sexaginta diebus, et totidem diebus ea fovet; tot annos vivit, et habet 60 dentes, et denique totidem diebus in sacello quiescit quotannis sine cibo.

103. Nrus 70 sua habet Mysteria, nam totidem annis Ignis
LXX. 70. Sacrificii in Babilonicâ captivitate sub aquâ latens viserat: totidem annos praedixerat Jeremias Templi destructionem. totidem duravit captivitas Babilonica. totidem annis complebatur desolatio Jerusalem. item ~~Septuaginta~~ Septuaginta Palmæ erant in loco ubi castrametati sunt filii Israel. Septuaginta animabus descenderunt Hi in Aegyptum. 70 Reges amputatis manuum et pedum summitatibus, colligebant cibum sub mensâ Adonibesech. 70 filii egressi sunt de femore Joas. 70 viri omnes filii Jeroboal. 70 pondera Argenti dabantur Abimelech. totid viros occidit Abimelech super uno lapide. 70 filios et nepotes habuit Abdon, qui ascendebant super 70 pullos asinarum. 70 millia virorum erant Salomoni, qui onera portabant. 70 filii Achab Regis in Samariâ decapitati sunt.

104. Septuaginta Anni Annorum nostræ ætatis sunt secun-
dum Psalmistam. Septuagesies septies judicatum est de
Lamech. Septuagesies septies Peccata donantur delin-
quenti.

105. Est et Numerus Secundus Super Septuagenarium totidem 72.
LXXII. Linguarum sermonibus, totidem Synagogæ Senioribus,
totidem veteris Testamenti interpretibus, totidem Christi
discipuli insignis. Habetq; cum Duodenario (cujus et septuplus)
magnam communionem: sine in Cælestibus quovis signo
in sex partes divido, resultant 72 Quinarii, quibus præ-
sident totidem Angeli, et totidem influunt nomina
Dei, et quilibet Quinarius uni porrect Idiomati, tanta
efficaciâ, ut inde Astrologi et Physiognomi cognoscere que-
ant, cujus Idiomatis quisque fuerit oriundus. Re-
spondent istis etiam totidem patentes in humano corpore ar-
ticuli, quorum in quovis digito manuum et pedum
habentur 3, adeoque 60 (aut 4 vicibus 15) qui cum prin-
cipalibus duodecim superius in Duodenario numeratis,
constituunt 72.

106. Centenarius in quo Orbis collocatus inventa, qui etiam
C. de sinistrâ transit ad dextram, sacratus inventur: 100.
tum quia ex Denario in se ipsum ducto dignitas, com-
pletam designat perfectionem.

107. Complementum vero Omnium numerorum est
M. Millenarius, qui est Cubus Denarii, significans consu- 1000.
mationem et absolutam perfectionem.

108. Sunt ä duo Numeri à Platone in Republicâ maxime
celebrati, et ab Aristotele in suis politicis non improbati,
quibus magnæ mutationes civitatibus portenduntur.
hi sunt Duodenarii Quadratus, et ejusdem Cubus,
videlicet 44^us supra Centenarium, et 728 supra mil-
lenarium, qui numerus fatalis est: ad quem cum Ci-
vitas quovis sive respublica pervenit, completo cu-
bo postea declinabit. In Quadratis tamen mutationi
subit, sed in melius, si prudenti disciplinâ regatur:
nec fato tunc, sed imprudentiâ labi poterit. Atque
hæc de Numeris particulatim dicta sufficiat.

Конецъ 2 частицъ частицъ 2

Mysteria Magica
Seu
Liber Sapientiæ universæ.

Prologus brevis.

1. Dicit Apostolus Paulus. 1 Corinth. 13. 9. Ex parte Cog=
noscimus, et ex parte prophetamus. Cum autem venerit
quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est.
Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam
ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quando autem
factus sum Vir, evacuavi quæ erant parvuli.
Videmus nunc per Speculum, in ænigmate; tunc ä
facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, nunc ä
2. cognoscam sicut et cognitus sum. Hæc Apostolus
non intelligit de vita eternâ, in quâ talis nobis
erit cognitio, siquidem multò magis clarè testatur
quod tunc Prophetiæ atqz etiam linguæ et
3. cognitio finem habebunt: ex quibus sciri
notandum, apostolum de ultimis temporibus
sermonem facere, nimirum de die quo filius
hominis apparebit, et ex adverso Antichristus reve=
labitur, et tunc etiam simul occidetur, Spiritu oris
4. sui. hoc enim dixit mihi Dominus anno 1714 dum
detinebar Comaromii: Adhuc anni Decem et ibitis
anni Decem, et revelabitur ille iniquus, quem
Dominus noster Jesus christus occidet Spiritu
5. oris sui. quod tempus clare nominat apostolus
Appparitionem et revelationem Jesu christi Dei
magni, quâ illuminabitur universa terra, et
cognitione Domini replebitur, ita ut omnes
ejus cognitionem sint habituri; et sic prophe=
tizat quoque Apostolus Petrus, de quâdam beati=
tudine, quæ præparata est, ut manifestetur ultimis
temporibus, dum nempè apparebit Jesus
christus: omnis creatura desiderio magno expe=
6. ctat revelationem filiorum Dei, et Dominus nr
ipse prophetizat de die quo manifestabitur filius

Тайнства Магіи
или
книга
всемірной мудрости.

изъ величайшихъ книгъ
книга наивеличайшая.

Hominum Voluntas sed DEI. et Veniet Bellum in Variis regnis, majus quam fuit ante et desolabitur Terra et eradicabitur [illegible] arbor quædam magna, et Statua Nabuchodonosoris, pedibus ex ferro et figulinâ terrâ, commixtus. Hæc hodie scribit minimus Servorum DEI, cujus Nominis Anagramma: EN VOX DEI TONAS, die Decima decembris 1762, et multo majora DEUS revelabit brevi.

Vigilate et orate,
quia Dies Domini adfores.

8. Incipit Liber Maximorum Maximus, omnis Sapientiæ Cognitionem involvens.

Tres libri Sapiæ

Tres sunt libri in Mundo, quorum primus est magnus ille Universi liber, Totus Mundus, ex quo Nostram unicam et veram et certam Physiosophiam et naturæ Sapientiam in ejusdem lumine agnoscere, addiscere et Scrutari possumus. Secundus liber est Liber Sacrorum Bibliorum, ex quo veram et unicam Theologiam et Sapientiam ad Salutem addiscere valemus, quæ Sapia major quam prior liber DEUM indigitat. Tertius liber est Homo sive Microcosmus, qui simul est liber ille Sigillatus, et apertus, in quo Theosophiam, Sapientiam occultam, Mysteria

Hominis, quam tamen discipuli ejus non videbunt,
quod tamen dies illa esse negavit sui visibiliq; adven-
tus, quia omnis oculus, et multo magis apostoli
et discipuli ipsum videbunt. Qui aures habet
7. audiendi audiat. ecce Dies Domini appropinquat,
tertia pars Hominum bello, tertia peste interibit.
unus igitur trium remanebit, et ædificabitur civi-
tas Sancta, et erit Regnum Domini nostri Jesu
Christi. propterea incepta sunt bella magna,
dicunt hodie homines, Pax! Pax! Sed non fiet
Hominum Voluntas sed DEI. et veniet Bellum
in varijs regnis, majus quam fuit ante, et
desolabitur Terra et eradicabitur [illegible] arbor
quædam magna, et Statua Nabuchodono-
soris, pedibus ex ferro et figulinâ terrâ, commi-
xtus. Hæc hodie scribit minimus servorum
DEI, cujus nominis Anagramma: EN VOX
DEI JONAS, die Decima decembris 1762, et
multo majora DEUS revelabit brevi.

Vigilate et orate,
quia Dies Domini adfores.

---

8. Incipit Liber maximorum Maximus,
omnis Sapientiæ cognitionem involvens.

Tres libri Sapiæ

Tres sunt libri in mundo, quorum primus est
Magnus ille Universi liber, Totius Mundus,
ex quo Nostram unicam et veram et certam
Physiosophiam et naturæ Sapientiam in ejusdem
lumine agnoscere, addiscere et scrutari possumus.
Secundus liber est Liber Sacrorum Bibliorum,
ex quo veram et unicam Theologiam et Sapien-
tiam ad Salutem addiscere valemus, quæ Sapia
magis quam prior liber DEUM indigitat.
Tertius liber est Homo sive Microcosmus,
qui simul est liber ille sigillatus, et apertus, in
quo Theosophiam, Sapientiam occultam, Mysteria

Dei Patris et Jesu Christi et Suæ Ecclesiæ dignoscere vis desideriorum potest.

9. Horum trium librorum principium, et unicum centrum, ut itaque unicus ille Verus et Sanctissimus liber, Verbum quod erat in principio, de quo libro, vel supra dicti libri unanimiter testantur, nimirum singulos in suâ Sapientiâ, in suâ litterâ, et in suo testimonio, cum harmoniâ pulcherrimâ, secundum quam hi tres libri unum efficiunt, et conjuncti sunt, nec aliis libris opus est, quoniam omnem Scientiam continent. Hos autem libros nullus legere potest, nec intelligere, nisi acceperit eundem Spiritum, qui libros illos tres ipse scripsit, composuit, et testatus est, qui Spiritus suos filios et discipulos unctione docet, ita ut nullâ humanâ doctrinâ, nullaque Doctore eruditionis humanæ opus habeant. Hic Spiritus à DEO donatus iis, qui in Verâ fide, et pœnitentiâ et obedientiâ die noctuque illum petunt, in humilitate et simplicitate cordis.

10. Utinam liceret mihi magna de hoc Spiritu patefacere! ad tempus modicum tacere compellor, donec subtraxerit me DEUS ab regione impiorum insidiantium animæ meæ. Tunc loquetur os meum Veritates inauditas, quoniam ardet cor meum ut oculos aperiantur multis, ne involvantur in clade magna propinquissimâ reproborum. O quantum mirabuntur ii qui noverunt me! et vix credent, sed ego illos convincam, et Laudabunt DEUM qui facit mirabilia solus, qualia in me facta sunt, et

11. in paucis fient. Nullus hominum potest Librum hunc aperire nisi Agnus, atque

Cum eo Jugulati sunt et Victoriam super-
Bestiam reportarunt, qui habent Spiritum
Prophetiæ, qui est clavis Davidis et Testi-
=monium Jesu Christi.

12. Usque hodiernum Diem latuit hominesque hæc
Sapientia quam hi libri recludunt; sed
die adest, quo aperientur libri; ita ut in
facie totius firmamenti omnis caro simul po-
=terit videre, agnoscere et intelligere, quid loqua-
=tur Os Domini.

13. usque nunc occisus fuit Agnus, Christus Jesus
extirpatus, Sancti ejus devicti, et sic ejus testimo-
=nium pedibus conculcatum, ab his, qui plurimos
falsos prophetas, imo apostolos et Judæos ex Sco-
=la Satanæ de [illegible], imo et suos Testes quos
miserat Dominus, cum illis tribus linguis confu-
=se Babilonis magnæ occiderant.

14. Nunc autem denuò exaltabitur filius hominis,
in aliâ linguâ et Germanicâ Idiomate, cum
electis et mundis labiis, quibus reservatum est
Os Domini, et sapiens lingua seu loquela septem
Spiritum Dei, in omnem terram extensa.
Hoc autem est Axioma trium librorum:

15. Qui poterit unum librum radicitùs seu intimè
Axioma 1.um legere, agnoscere et intelligere, hic poterit alte-
=rum similiter intelligere, unus enim omne
continet quod alteri, unusquisque alteri testi-
=monium dat.

---

16. Qui Terrestrem Adamum, hominem et Virum
Axioma 2.us et suam Evam Mulierem et Virginem secundâ
De Obs rerum principij. Mysterium Sapientiæ cognoverit perfectè, etiam
cognoscit Cælestem, Terrestris enim factus est et
creatus ad similitudinem imaginis Cælestis ho-
=minis, cujus Terrestris Imago est.

---

17. Qui Mundum Unum vidit et intimè secundum

Axioma 3ᵘ de triplici mundo in mysterio Sapientiæ

Mysterium Sapientiæ cognoverit, alterum etiam cognoscit. Qui autem unum negat, negat et alterum, Mysterium enim Sapientiæ nequaquam in suo testimonio frangi potest. posito igitur uno, ponuntur omnia, sublato uno, tolluntur omnia.

Axioma 4ᵘ de Elementis hujus Telluris mundi

18. Quilibet mundus habet propria sua Elementa et principia; ideo unus mundus in alium mundum transmutari non potest, verum unum Elementum in aliud, videlicet unumquodque in suo mundo.

Axioma 5ᵘ de contrà-Elementis et Creatione Communi.

19. Quale principium fuit mundi, taliter erit et finis; id enim, quod creatum est, non potest aliter esse et fieri increatum, quam secundum nihil, non à secundum DEUM, qui solus increatus est, ideo creatura non potest fieri DEUS.

Axioma 6ᵘ de communi omnium rerum Semine

20. Omnis creatio fit secundum omnium rerum commune semen, solutione et ~~Congelatione~~, separatione, coagulatione et conjunctione rerum separatarum.

Axioma 7ᵘ de communi seminum differentia

21. Quodlibet semen, ter Generalium principiorum, hereditatem in suo proprio mundo accipit, et non in altero; nam terrestre non potest cœleste possidere, et proprietates nullam substantiam transmutare possunt, absque suo proprio mundo.

Axioma 8ᵘ *

22. Spiritus Judicii debet omnia anatomizare et discernere, qui hunc non possidet, Sapientiam non agnoscat.

Axioma 9ᵘ ⊖

23. Redit unumquodque in suum principium atque suam originem trahit, nimirum unumquodque in suo Mundo, et non in altero, et sicut est ejus principium, sic etiã ejusdem finis.

Axioma 10ᵘ de hominis creatione

24. Homo est centralis imago Sapientiæ in suâ Creatione, quapropter qui se ipsum bene et recte cognoscit, etiam hominem in cœlo cognoscit, qui est DEUS, superbenedictus in æternum. amen.

Axioma 11ᵘ

25. Oportet cœlestia cum cœlestibus comparare et terrestria cum terrestribus, et qui sursum in cœlum aspi-

* De Communi Anatomiâ et divisione omnium Creaturarũ.

⊖ De differentiâ Creationis, resurrectionis et Nativitatis Hominis à DEO.

De Dij Mundi. = Ille capit, debet etiam è Cœlo descendisse, qui autem nondum intelligit Terrestria, quomodo de Cœlestib. Dijudicare potest?

Axioma 12.tu

26. Malum in omni suo ministerio est causa medium et principium Sui ipsius, in omnibus et singulis absque omni alieno, et est etiam ipsum omnia in omnibus, in Suo proprio Solo. d. angelor. lapsu et principijs ejusdem.

De Elemun= =ijs et Mun= =do Satanæ

27. Infernus est Mundus Elementaris Diaboli, Mors et Secundus Diaboli Mundus, in quem Satan in= =gredi debet usque ad Christi adventum, tanquã in Carcerem Suum, donec implentur 1000 anni: in illum veniunt omnes illi qui contra Spiritum Sanctum peccaverunt, regenerationem ex DEO in Suo Semine iterum Amiserunt, et è contrà ex mundo Diaboli nati sunt, et sic ipsi Diaboli sunt. Si nullam habent remissionem, neque in hoc neque in futuro Seculo. Eorum anima Cœlestis autem iterum ad Deum redit, et Dam= =natus est filius Diaboli in omnibus et singulis. Tertius Mundus Diaboli est Stagnum Ignis, in quo Dæmon primùm cruciabitur, in Secu= =la Seculorum; dum autem Ignis et Lux ab invicem separata erunt in ultimo die extremi Judicii, est hoc Sapientiæ Axioma:

28 Axioma 13.tu

Quidquid in DEUM ingreditur, ingredi debet, et ingreditur, hoc debet ex DEO exivisse; et Ubi= =cunq; Quod in Mundum Satanæ ingreditur, hoc etiam ex ipso egressum est, in omnibus et singulis, nam unumquodque redit in Suum proprium prin= =cipium, et neq; aquam in aliud.

Axioma 14.tu

29. Sicut in ruptione Arboris prohibitæ omnia fuerunt deperdita, sic ruptio Arboris Vitæ omnia iterum restituentur in adventu Domini. Si enim De lapsu Hominis potens fuit ad malum, quanto magis erit Vita ad bonum fortior, non enim iniquus fortior esse

potest DEO, qui super omnia Sit Benedictus
in æternum Amen.

hominis post lapsum Conditio et Situatio. Filii in Verbum et manifestatio conversionis.

30. Tres Spiritus hominem infestant, Spiritus Vanitatis, animam premens, ex quo omnis miseria seu calamitas, cura, et labor &c oriuntur. Spiritus Nullitatis ex Contra-Elementis, ex quo omnes mortibi, defectus, et naturales mors. et denique Spiritus Nequitiæ et Malitiæ ex Mundo Satanæ, ex quo omnis Stultitia, Tenebræ, insipientia, imo malum et similia oriuntur. Homo igitur in continuâ Inimicatione positus est. per Spiritum Nequitiæ et Malitiæ itaque corripit adhuc continuò Satan Serpens Antiquus in Hominem, et sic totum
31. Mundum seducit. Qui ab his tribus Spiritibus liberari cupit, habet cum Enoch, Mose et Eliâ Vitam Cœlestem ducere. Quotquot autem Nostri hæc scimus, conemur et curramus, ut Brabeum hoc assequi et obtinere valeamus. testamur enim et dicimus tamquam Verbum Domini, quod tempus jam venerit, quo ultimi erunt primi. Qui aures habet audiendi audiat!
32. Hi tres itaque in paradisum primi redierunt et introierunt, videlicet ENOCH, Moses, et Elias, et exuerunt Elementare et deposuerunt, atque Elementis, Contra-Elementis, et Elementis Diaboli suum reddiderunt, ideo etiam Satan cum Archangelo Michaele propter Corpus Mosis altercabatur, quia factus erat Mosis reus ad
33. Aquas Contradictionis. Quocirca penes Christum et beatitudinem non est in Sapientiâ Mysticâ major aut altior meta oculos posita, quam hæc pretiosa Margarita Cœlestis vocationis, quam de totis viribus apprehendere debemus,

34. Hoc autem est Axioma Sapientiæ, et doctrina;
Axioma 15ū. Remedia finale et quomodo. Quisquis in hoc mundo optimum gustare vult, debet malum, inutile et vanum reducere, deponere et exuere, et sic iterum in suum nihil ducere, exteriorem interne abscondat, et internum exteriorem denuò efficiat, omnia enim à reductione dependent. O felix homo qui potest amittam imaginem externam, quæ in prævaricatione ab externo ad interiora se condidit, iterum manifestare, et externam hominis peccati formam subvertere, et extirpare! da DEus hoc Donum Credentibus et te toto corde rogantibus. Amen. BB. BB. BB.

35. Nemo scit quantum sit redemptionis nostræ pretium, nisi ille qui habet testimonium Jesu christi in spiritu Prophetiæ; et Nemo Cognoscit Christum nisi qui habet Spiritum ejus, ideo quilibet Spiritus cognoscitur et dijudicatur ex proprio suo ore, Verbo et testimonio, et è contra.
Axioma 16ū. De redemptione hujus humanæ.

36. Adeoque An hanc Animam Meam, quam Dominus noster Jesus christus redemit suo pretioso Sanguine, tradam Satanæ iniquitatis operationi. Numquid primogenita sua vendidit Esau pro pulmento? et accepto pane et lenti, edulio, comedit et bibit et abiit; parvipendens quod primogenita Venedidisset. Quapropter primogenitæ Benedictionem accepit Jsaac, qui et post luctationem Cum angelo seu Viro BB: accepit nomen Jsrael, quia contra Deum fortis fuit. Judia hæc dicit et Juba a DEO dicte Genes. 25.33. + 34. ibid. 26, 4.24, 27, 27.28.29, + 32, 28;

38. Adeoque Jejunium secundum DEi Voluntatem ad exterminationem hominis peccati forti animo sustineatur, noli diffidere DEO, dicendo cum Esau: En Morior, quid prodesunt mihi primogenita? Genes. 25, 32.

39. Hoc enim dicit Dominus DEUS exercituum: Caro peribit, et qui confidit in eâ. pereat itaque Caro ut exterminetur peccatum, et fiat regeneratio hominis cœlestis.

40. De hois regeneratõe. Per Christi mortem, Veri ipsius DEI, ad Vitam venimus. in morte enim Suâ assumpsit formam mortis nostræ. Sicut per Lapsum trianitas Creaturæ divisa, separata, Scissa fuit, sic se DEUS in Morte Christi in sua Sanctissimâ trinitate à seipso scidit, et Sanctissima DEitas in formâ Animæ Cœlestis a suo Corpore separata fuit in Paradiso, Spiritus Vivificans secundum formâ Vitæ terrestris in aerem separatus evasit, et Sacrosanctum Corpus in Terrâ Sepultum fuit, Super quo prodigio, Velum Templi Scissum est, ideo, quia DEUS Scidit seipsum, et sic Sacrosanctissimum in DEO et in sua profunditate Velatum, Nudum erat conspiciendum oculis totius Mundi. O Passio, despectio et Mors!

41. Sic itaque peregrinus ad Vitam per DEUM per novam habitatem, tamquam novam creationẽ, ex Mundo Divino emanantem: quamvis autem antiqua Creatio in nobis sit valde bona, et tamen Terrestris et ex Elementis ortum Suum habet et quia solam Nudam Creaturalitatem habet, non potest consequenter ipsa Sua Carne et Sanguine Regnum DEI possidere, ideirco qui in DEum et Regnum ejus ingredi cupit et hæres esse, ex eo ipso DEO debet esse generatus, Conceptus et Natus, tunc filiationem, hæreditatem et proprium DEI possidet.

Joann: 1. 13.

42. Primus homo ex Terrenus, et ex Terrâ, Secundus homo ex Dominus Cœli in nobis, et Spiritualis.

43. In Adamo per prævaricationem Amisimus Terrestrẽ, et è contrà recuperavimus Divinum Spirituale, et Cœlestẽ hominem per Christum Adeoque secundum regenerationem, ex DEO generati, Concepti et Nati, et DEI semina, et

de Semine Verbi Vivi, invariabily et Corporei,
id est, Secundum essentiam de Christi Carne et ossibus
Spiritualiy Eva, Summi Adami, Sponsa Agni,
filia Patriy Mundi eterni, filiuy Vivificantiy
Spiritus, Soror Regiy omnium Regum, et consan-
guinea altissimi, secundum electum Genus sa-
cerdotale Regium, particeps Naturæ Divinæ, se-
cundum essentiam, communitatem et proprieta-
tem Testimonii, Nominiy et revelationiy Dei,
filiuy et hæredy Dei, et cohæredy Christi.

44. Cum nostrâ regeneratione de Deo sic factum est:
videlicet, dum in Christum credimus per Spiritum, BB:
et sui Spiritus et Apostolorum sacrum prædi-
cationem in obedientiâ filiali, accipimus
Spiritum Sanctum, in tali obumbratione, ut
nobiy adsit semen Dei, in vas nostræ cælesti- BB:
tiy animæ, quæ sic fit et est Mater Domini,
secundum Novum Hominem in nobiy, et hoc
Dei semine, quod animæ nostræ cælestiy vir
est, et vicissim Domini Jesu Christi Spiritua-
liy Eva, nempe taliy virago, quæ sancta,
immaculata et inculpabiliy est coram Trono BB:
Dei, Mulier, Sponsa et Virgo Agni,
quæ Nomen Patriy sui in fronte suo scrip-
tum habet.

45. Tres autem sunt Prædicatores fidei, ad
regenerationem: nimirum 1° Jesus Christus,
prædicans Spiritibus incarceratis, et mortuis Evan-
gelium. 2° Spiritus Sanctus Puris et infantibus
etiamque in utero matris. 3° Apostoli autem adultis.

46. Sic itaque Thesaurum super omnia pretiosum habemus
in vasis fictilibus, scilicet Deum, Christum et
Spiritum Suum in nobis præsentem, non vero per-
sonaliter, sed secundum essentialem participationem, quemadmo-
dum cum genuino Patre suo quæ aut filius conjunctus est,

47. ideo triplex est præsentia Dei Christi et sui Spûs,
communitas

внутренний человѣкъ тройной *)

videlicet, 1.° Personalis, corporalis, visibilis. 2.° unita in suis filiis. 3 aperta seu manifesta et secundum testi=
=monium, secundum quod omnia in omnibus replet, et tunc tabernaculavit, conservat et Regit, et tunc etiam
in unâquâque aptâ forma; Voce aut Visione se mani=
=festat.

*) 48. Triplex quoque est homo internus, nimirum in
Coelesti animâ, tamquam qui de Deo natus est, qui
peccare non potest, est anima Christus Jesus ipse in nobis,
Mysterium Magnum, et cum hoc Thesauro nostra Co=
=lesti Anima in Paradisum avolat, post Separatio=
=nem à Corpore hoc: tunc homo internus Mentis,
49. Secundum intelligentiam, conscientiam et Volun=
=tatem ad bonum, qui semper delectatus in manda=
=tis DEI, et habet saltem Velle, sed non perficere:
50. tandem homo internus cordis, in nostro humiliato
obediente et subdito Elementari Spiritu, secundum
quem nos per reductionem simus filii, et quando
51. his aequales facti sumus, tunc manducamus et bi=
=bimus Corpus et Sanguinem Christi in nostra rege=
=neratione ad Coenam, in forma Seminis, tamquam
Cibum et potum Vitae, de quo etiam omnes Patres
comederunt et biberunt à principio mundi, mempè
nobiscum unam eandem Spiritualem Cibum et potum,
Quomodo aliter Salvari potuissent, in cujus memoriâ
habebant Agnum Paschalem, nos autem Mensam
Domini, in tali Sensu, Verborum Christi in Coenâ,
quod videlicet Panis Benedictus et Calix benedictus
non ipsa sint Corpus et Sanguis Christi Jesu, neq;
Sub, cum, aut in, sed tantum communio Koinwnia,
non autem participatio non μετοχὴ, et hoc in ejus
52. Commemorationem. Hoc itaque est Axioma et
Axioma Sententia Sapientiae, scilicet Christus in nobis, est
17tum. nostra Vera, recta et unica Theologia, Verbum Es=
=sentiale, immutabile, Corporale, Verbum sua carne et

Sanguine in nobis habitans, cujus testimonium
nomen et manifestationem nemo nosset, præter illum
qui interno oculo, aure et Corde in Spiritu et in Veri-
=tate vidit, audivit et cognovit et tamquam per
os ipsius Domini tactatus.

53. Quemadmodum homo per incredulitatem, inobe-
De Justifica- =dientiam et opinionem pervertam propriam cecidit, et lon-
tione homi- =gius à DEO recessit, Sic per fidem, obedientiam et re-
nis Coram =signationem iterum ad DEUM reverti, ideo pri-
DEO. =mum est Fides, et electionem multum præcedit, non
enim communiter fides et vocatione, sed Vocatio
est fide Venit. Qui enim Credidevit et baptizatus
fuerit, Sic salvus erit. adeoque primum est fides
54. Secundum Baptisma. Scimus autem nos esse in
Christo electos, antequam sternerentur fundamenta
mundi, nempè in hac parte, quam secundum Re-
=vam Nativitatem, et eo ipso habemus, Siquidem
etiam DEUS nihil aliud eligere potest, nisi Solummo-
=do id quod etiam ex semetipso est.
55. Scimus ulterius fidem non ab hominibus Venire
nec esse humana aut in suam religionem directa, neque
secundum Nomen, nec hominem, doctrinam nec con-
=fessionem, sed Solummodo secundum DEUM, aut
Secundum Christum Jesum et Spiritum ejus, in
ejus Spe, Amore et justificatione in omni testimo-
=nio, Secundum ejus operationem in nobis omnibus,
56. Sic etiam hominem ne minimum quidem posse ad
Sui justificationem pro certo non ignoramus, quod
enim DEUS ipse in nobis non operatus, utrumque
secundum principium et finem, secundum Velle et
perficere, et secundum omnia in omnibus, hoc
57. etiam incognitum ab illo est. quapropter nos DEUS
in omnibus prævenit, fidem prædicare jubet, hanc
offert et nobis ob oculos ponit, in sua gratia, tamquam
oculum, manum et pedem, tamq[uam] Aurem, Cor et
Os, et ut tale Medium, per quod ad ipsum pervenit.

possumus, si alias ipsi Volumus, et gratiam DEI
58. non spernimus: idcirco etiam Vult, ut omnes ho-
=mines salventur, et Vocat eos tribus modis: Nempe
1°. generaliter per librum Naturæ, Legis et Evan-
=gelii, per quem nos quotidie Vocat, et sic ad se
trahit, et nullo modo Vult, tam Vehementer Vivit, ut
quisquam pereat, idcirco omnia Concluſit sub
peccato et incredulitate, ut [illegible] misereatur omnia,
Solummodo itaque [illegible] nempe
ut nos in fide, obedientiâ et resignatione stemus,
59. 2°. particulariter Dum DEUS illos suscipit,
qui [illegible] ipsum [illegible] in fide, obedientiâ
et resignatione recipiunt, dum ad eos Venit, [illegible]
non equidem ad se Venientem foras expellit.
attamen hominis receptio non est cooperans
Causa ad salutem, sed multò magis filialis re-
=signatio, tamquam enim patiens DEUM agen-
=tem sustinet: PræVenit nos DEUS in omnibus,
Quid igitur aliàs capere Vellemus, si non daret
nobis; aut quid habet homo, quod non acceperit?
Est igitur Christus Salvator omnium
hominum, præsertim Credentium qui ipsum
60. recipiunt. 3°. nos DEUS Vocat similiter
secundum liberam Voluntatem suam, singula-
=ri Vocatione, quæ est triplex. nimirum: 1°,
in temporaneâ Electione et benedictione, dum Ja-
=cobum diligit, Esau autem Odit, attamen salute
Esau salvâ. 2°, in spirituali electione et Vocatione,
dum unum sibi apostolum eligit, non ab altum.
61. 3°. tandem etiam in Salute; dum ex eâdem
argillâ diVersa conficit Vasa, unum ad honorem
aliud ad contumeliam; perito Pharaonem in
sua induratione sinit, et è conVerso, Saulum
spirantem tormenta et necs in christianos con-

vertit misabiliter. ad hunc locum Scripturæ
dicit Paulus: Non est Volentis aut Currentis, sed
Miserentis DEI; et sic Jonat, minimum, David
Elegit, fratrem ejus Eliab rejecit. et iterum: Suffi-
=ciat tibi Gratia mea, et denuò: ad hoc enim Suf-
=citavi te, ut ostendam in te potentiam meam.
Justificationem à à DEO accipimus per fidem, tri-
62. =bus modis; videlicet: 1° quatenus Nobis Justitia
reputatur, ex gratiâ propter Christum, ubi gratiam BB.
pro gratiâ accipimus, secundum quam sumus
63. filii adoptivi Supremi Patris Nostri. 2° dum
DEUS, Christus et Spiritus ejus Justitiam in
suis fructibus solus ipse in Nobis operatur, sic, BB.
ut fiamus tales justi, quibus non est data Lex, et
filii dilectionis, servantes et facientes Christi
64. Verba, et Voluntatem ejus perficientes. 3° ju-
DEI Essentiali Justitiâ justi sumus per novam BB.
Nativitatem, Hæredes DEI, et Coheredes
Christi, filii Sancti, Electi, et Homines DEI.
65. Præterea Consideramus Verbum, Auditionem
et fidem, Similiter tribus modis 1° Externâ
Verbi auditione et fidem sua litera, ad Elementalem
exteriorem hominem spectantem. 2° internâ
Verbi auditionem et DEI mandatorum contemplationem
in Spiritu mentis, ad cognitionem peccatorum
in Conscientiâ, ad intelligentiam boni et mali,
et ad Voluntatem et obedientiam ad bonum.
3° Verbum Vivum et genuinum Semen in nostrâ
Cœlesti animâ, hoc est Christus, nostra fides, Spes
et Charitas, qui factus est Causa Salutis sibi ob-
66. =temperantibus. Sic etiam est triplex Baptismus:
videlicet: Externus aquâ, et mundo Elementari, et
fit ab hominibus: Interior aquâ de mundo Divino, et
hic fit à Christo, qui nos Spiritu Sancto baptizat:
tunc tertius universalis (catholicus (non papisticus)) Bapti-
=mus aquâ de Mundo Angelico, hic fit à Spiritu DEI,

in adventu Christi super omnem carnem, ad corporalem purificationem ab omnibus peccatis.

67. Sic quoque tres sunt Cenæ Dominicæ, nimirum exterior in Christi Commemorationem, interior in regenerationis et futura in Paradiso.

68. Regnum Christi etiam trinario gaudet. Scilicet Regnum gratiæ hic in hoc mundo in fide. Regnum gloriæ in Mundo futuro et Paradiso in intuitu et contemplatione, et denique Regnum æternitatis in supremo Divino et increato mundo.

69. Hoc autem est Sapientiæ Axioma. Videlicet: Cuncta debent in DEO fieri, et Spiritualiter secundum Christum dirigi, non autem solummodo secundum literam, aliàs est Maledictio, abominatio et mors, et ad lucem non pervenit, et qui se aliquid proprium adversus DEUM habere existimat, est Diabolus, Satan et nequam.

Axioma 18um

De perfectâ hoîs anatomiâ ingeniâ.

70. In toto mundo non est Scientia pulchrior, quam Seipsum noscere, et nulla magis necessaria, quam DEUM timere, nullaque perfectior quam Christum Jesum diligere, et hæc omnia in Spiritu et in Veritate. Centrum hujus Sapientiæ est Monile pretiosum Cœlestis Vocationis. ut autem homo Seipsum recte et perfecte noscat, oportet ut ante omnia addiscat Spiritum Suum in semetipso rite discernere et cognoscere, ab hoc enim omnis notitia dependet. communiter autem tres sunt in homine

Tres Spiritus in homine

71. Spiritus, nimirum. 1° perversus Spiritus animalis et elementaris, qui in homine Elementari subsunt sensus, voluntas et ratio. 2° Spiritus mentis, in quo intellectus, conscientia et voluntas ad bonum, Spiritus servilis. Secundum hos in homine 3 Spiritus, est etiam

72. triplex Regimen, Sapientia, Theologia, opus, Beatitudo, et in summa omnia secundum Spiritum dijudicantur, noscuntur, et probantur. est itaque magna differentia inter ea quæ sunt Elementaria, animalia-carnea, Mentalia et Divina.

73. Qui autem habet Spiritum DEI, omnia probare potest, et omnes Spiritus noscere et distinguere, homo ē

Tres Ayxa 82 constant.

Spiritualis omnia judicat et à nullo judicatur. quo=
74. =niam autem homo Templum DEi est, hunc Secundū
Atrium, quod est homo Elementaris, qui debet offerri;
Secundum Sanctuarium, quod est homo Mentalis,
qui debet esse Sacerdos, et legem praedicare; et Secundū
Sanctum Sanctorum, quod est homo ex DEO et Christo
75. ipso in Nobis. Sic etiam nobis templum triplicem
mundum significat, Secundum Mysterium Sapientiæ
et quidquid in toto mundo est, testatur nobis triplicem
76. mundum. Dum ulterius hominem Secundum Vani=
=tatem anatomizamus, non plus habet quam pecus,
homo namque et pecus eandē Spirant halitum; Dum
moriuntur, totum corpus fit cinis; Vita in aerem
evanescit, ex quo desumpta est, et Spiritus redit ad eum
qui ipsum dedit. Pecus non resurget, quia nihil ex
mundo intelligibili habet, attamen in perfectā tri=
=nitate constitit, cujus corpus ex aquâ et Terrâ, Vita
77. ex Vento et Aere, et Spiritus ex Cælo. in forma=
=tione hominis in utero hæc tria concurrunt, nimirum
Spiritus ex DEO, qui operatur in Elementis, et est om=
=nium rerum Creator; tunc venit Spiritus contr. Elemen=
=torum, et Creaturam DEi vanam efficit, fragilemque
et nauci; Spiritus malitiæ autem Creaturam hanc mor=
=ti subjicit, atque maledictioni et Judicio; et sic bona Cre=
=aturæ essentia corrumpitur ab his duobus. Dum itaq;
78. homo moritur et in Domino obdormit, tunc Spiritus
ejus Vitalis cum Samuele in Terrâ quiescit, in eâ
ipsâ elementaris hominis parte, quæ etiam in morte
vivit, et semen resurrectionis in se continet. Si
79. autem homo cum malâ et inquietâ conscientiâ
moriatur, accidit ut Spiritus post decessum circum=
=vagetur: Si moriatur in Elementis Diaboli, cum
omnibus in infernum ire debet: Si peccavit contrà
Spiritum Sanctum, cum omnibus in morte sepeli=
=tur.
80. Sunt tamen in resurrectione universali tria mortuorū

Genera, videlicet mortui in mundo, id est in Terris et aquis; tunc mortui in inferno, qui sunt proscripti, seu exules; et tandem in morte mortui, qui sunt filii Diaboli.

81. Medium in homine etiam est triplex. Primum in Creatione simpliciter est Spiritus Vitæ: post regenerationem, si Bestiam desiciet, habet semen arboris Vitæ in se, velut primæ resurrectionis pignus.

82. Sed in resurrectione communi, resurget homo Elementaris incorruptibilis, in quâ etiam resurgent ii, qui paradisum ingrediuntur usque ad Christi adventum, et post Judicium in prima resurrectione eruunt quæ Elementaria sunt, et apparent in homine Angelico et ingrediuntur in paradisum, in quo imaginem cœlestis hominis gestabimus. tunc anima cœlestis erit in nobis Medium*, et novus homo ex DEO in nobis erit tertium** et Summum.

* id est pars media.

** hoc est pars tertia.

83. Homo internus ad animam cœlestem nostram etiam est triplex: nempe, 1° Anima cœlestis, simpliciter in creatione hominis. 2° tunc homo spiritualis secundum semen DEI in nobis. 3° tandem perfectus homo DEI in Septimo Mundo Divino apparens, et [illegible] secundum perfectum Jesu Christi ætatem cum omni plenitudine.

84. In hoc mundo et tempore hæc anima cœlestis est puer seu infans, in Paradiso autem Sponsa, et in cœlo DEI. Sicut Spiraculum seu Habitus omnipotentiæ in homine DEI, redient itaque ad suum principium, et ibi videbimus DEUM facie ad faciem, et sicut est videbimus.

85. est itaque in perfectâ hominis anatomiâ triunitas Elementaris, et quidem triplicis corporis, Vitæ et Spiritus, sicut hactenus diximus: sic etiam triunitas Angelica, et tunc Divina, de quibus etiam dictum est.

86. Est autem semper una alterius domus, imago et testimonium, et quando unus Solstitus mox apparet secundum, aut vicissim; atque una claritate in aliam, vel è contrà, et ex tenebris in tenebras alias, et tandem e mundo uno in alium.

87. Mundus Divinus est secundum imaginem templi etiam triplex, cujus angeli atrium habitant, nos autem Sanctuarium, et Christus Jesus Sanctum sanctorum.

88. En itaque Axioma et proverbium Sapientiæ:

Axioma 19.

Nimirum, Qui Sapientiam addiscere Cupit, oportet ut à Deo ipso incipiat, et in DEO desinat; et qui Sapientiam Vult docere debet priùs ipse à DEO doceri, vocari et mitti, in DEO incipere, et in DEO ipso desinere; qui enim se ipsum recte Cognoscit, bene didicit; et qui Deum bene Cognoscit, iam recte docere potest, et Nullus alter.

Mysterio malitiæ et iniquitate in a Bestiâ

89. Quemadmodum Mysterium pietatis Magnum est Mysterium, et hactenus omnino fuit occultum, sic etiam Mysterium malitiæ; ideirco, quamvis Prophetæ, imo Christus et Apostoli satis distinctè prophetarint de magna abominatione desolationis, apostasiâ à fide et Magno universali Antichristo, in ultimis temporibus, id tamen nemo agnoscere potuit, neque unum, neque aliud, nisi habeat Spiritum prophetiæ, Spiritum Veritatis et Judicii, quem Mundus non Cognoscit, ideo se ipsum mundus non novit, sicut Diabolus, et in
90. formâ Angeli lucis incedit. qui autem Spiritum prophetiæ habet, hic novit Christum Jesum, et sic etiam Antichristum. Quemadmodum autem Christus hominem Spiritualem habet et in eo Regnum Suum, sic Draco hominem Animalem, atque horum duorum Mysterium in Apocalypsi Jesu christi clare
91. descriptum, et comparatum. Est autem Bestia in suo Mysterio triplex, nimirum secundum tres ordines in Mundo, ubi quilibet ordo suam Bestiam, Meretricem et falsum prophetam habet, et unus dignoscitur Antichristus, in omnibus istis, quæ ex principijs, Elementis et Mundo Diaboli sunt. Hæc autem Bestia tam varia et diversa est in suis Mysteriis,
